



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

Liber CCVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

CONTINUATÆ.

LIBER CCVI.

CLEMENS X. PONTIF. MAXIM.
LEOPOLDUS I. ROM. IMP.

§. I.

*Æmilius Altierius Cardinalis in Pa-
pam electus, & Clemens X.
appellatus.*

Novemdialibus Clementi IX. de *Priorat. Hist.*
more persolutis Cardinales nu- *pag. 675.*
mero sexaginta septem die vi- *Ciacon. in*
gesima prima Decembris post celebra- *vita Cle-*
tum solemne sacrum de Spiritu sancto, *ment. IX.*
habitaque oratione Conclave ingressi
sunt. Erant hæc comitia valde intri-
cata, eoquod Cardinales hinc inde
fluctuantes per quatuor factiones &
contraria studia, in partes scinderen-
tur; Galli enim Cardinales omnibus
viribus cunctos, quos Domui Austria-
cæ magis addictos suspicabantur, ex-
cludere satagebant, Chaulnesius etiam
Hist. Eccles. Tom. LXIII. Ff Dux

Sæc. XVII. Dux Franciæ Orator Scipionis Ilcii & electioni vehementer obstabat, simulque Odescalum Austriacis faventem excludi petebat: ceteri Cardinales Petrus Vidono suffragabantur, cuius electionem, ut præpedirent Galli, se Cardinalibus in Altierium conspirantibus conjungere: tandem igitur inter molestæ hæc operosæ, si unquam alias electionis molimina extracto concilio ad quatuor Menses, totidemque diebus in Æmilium Altierium Cardinalem quem Clemens IX. Papa suum Successorem disertis verbis prælagabat, eligentium suffragia concurrerunt. Solus ille suæ obstitit inaugurationi huncque supremi Pontificatus honorem ac dignitatem amplissimam precibus lacrimisque uberrimis per plures horas effusus averfatus infirmam valetudinem & summam senectutem obtendit: non nino etiam Pontificiam thiam obtinente in modestiam animo rejecisset, nisi se Cardinalium Principumque vota & precibus expugnari passus esset, ut pia quadam violentia Cardinales vererandum hunc senem frustra per omnia rogantem ad solemnem inaugurationis locum verius pertraxissent, quam comitati essent. Ibidem ergo die vigesima nona Aprilis Æmilius Senecio octogenario major in Petri Sedem

Sæc. XVII.
A. C. 1670.

elatus, ut erga defunctum Pontificem
Clementem IX. a quo Purpura Romana
anno priori decoratus fuerat, suam
pietatem testaretur, & gratitudinis
pensum exsolveret, Clementis X. nomen
assumpsit. Promulgata ejus electione
ingens erat Romanæ gentis applausus
ac lætitia, non tam quod aliquem ex
suis Patritiis ad summam Sedem eve-
ctum vidisset, sed præcipue ob maxi-
mam optimi Regiminis spem, quam
ex tam celebris Papæ virtutibus con-
ceperat: eapropter Senatus, populus-
que Romanus conceptum non valens
continere gaudium, numisma procu-
dit, in quo D. Petrus & Paulus cum
antiqua Vespasiani epigraphe: *Roma
resurgens* visebantur. Porro clementis-
simus hic Parens Pontificatus sui exor-
dium pie desumpsit a promulgatione Ju-
bilæi, quo Christianos excitaret, ut
Deum pro futuro Regimine propitium
redderent; cum autem Clemens ob
ætatem se solum tanto oneri imparem
reputaret, Cardinalem Paulutium Al-
bertonem Avenionensem Legatum a
secretis assumpsit; hunc enim Æmi-
lius nondum Pontifex, eo quod nul-
los Nepotes vita superstites habe-
ret, ad nominis Romani, & suæ
familiæ decorem jam antea in Ne-
potem adoptavit, nomine & in-
signi-

Ff 2

Sæc. XVII. signibus Altieriae gentis in eum trans-
A. C. 1670. latis.

§. II.

*Hujus Pontificis gesta ante Pontifi-
catum.*

*Palatius in
vita Clem. X.
Ciacon. in
vita Cl. IX.*

Æmilius ex pervetusta ac nobilissima Altieriorum prosapia oriundus Romanæ anno Christi millesimo quingentesimo octogesimo nono primam lucem aspexit. Is emenso feliciter humaniorum literarum curriculo ingenium suum jurisprudentia pro omni foro expeditissima mire excoluit: quapropter Joanni Baptistæ Pamphilio Cardinali tum Romanæ Auditori, ac postea Pontifici Maximo suam primo operam addidit ab eodemque sensim per ardua tunc Aulæ tum Ecclesiæ negotia probatus in Poloniam abiit, Joannem Lanotum Papæ Legatum secutus: inde vero cum eodem in Italiam reverens Joanni Baptistæ Altierio fratri suo Cemerino Episcopo ad Purpuram promotus in Regimine hujus Ecclesiæ successit simulque Lauretanæ Domus Præfectorum, universique Piceni administrationem curam in se suscepit, atque in omnibus, quibus fungebatur officiis, singularem charitatem, prudentiam, Religionisque studium præsetulit, præcipue vero rarum sui Zeli atque experientiam

rientia^s specimen reliquit Ravennati-^{Sæc. XVII.}
 bus, quibus insolita aquarum inunda-^{A. C. 1670.}
 tione oppressis ab Urbano VIII. in opem
 submissus, solatium expectatione majus
 attulit; quippe hinc effossis canalibus,
 illinc erectis aggeribus non modo longe
 lateque grassantem pestem avertit, sed
 etiam solum juxta amœnum ac fœcun-
 dissimum reddidit. Postea Æmilius
 ab Innocentio X. Papa Neapolis Nun-
 tius Apostolicus decernebatur, ubi
 octo annorum spatio inter civiles mo-
 tus ac seditiones commoratus, sua
 dexteritate dissidentes ad quietem re-
 duxit, aptissimus eapropter Purpura-
 torum Collegio visus, ut qui mutuam
 pariter concordiam inter Italiae Prin-
 cipes bello dissidentes conciliaret, si-
 mulque inveteratis Insubriae motibus
 finem imponeret, aut saltem tempo-
 raria quiete interpolarer: cum ergo
 cuncta feliciter præter spem compone-
 ret, Romam reversus, ab Alexandro
 VII. sacrae Regularium Congregationi,
 & a Clemente IX. Pontificio Cubiculo
 præfectus est, tandem priori anno Ro-
 mana Purpura, & hoc anno corona
 Pontificia ornatus.

Sæc. XVII.
A. C. 1670.

§. III.

*Prima Hungaricæ conspirationis se-
mina contra Leopoldum I.
Cæsarem.*

Wagner hist. Leopold. l. 3. pag. 188.
Han Panon. nov. p. 461.
Calmet Hist. de Lorr. t. 3. l. 39. p. 783.

Extinctis Turcici belli flammis, et ipsa pace novæ civilis belli scintilla in Hungaria emicare cæperant: His primo sufflabat Franciscus Vesselemtz Hungariæ Palatinus seu Pro-Rex, nupera cum Turcis pace, Hungaris sciiis, minus vero probantibus acerrime questus, cum autem Cæsar mala inde timenda, ne evenirent, non aliorum curæ fore, eidem respon- disse, hoc responso irritatus Proceres in Aquis Trenschinianis, ubi Franciscus Ragotzii nuptiis cum aliis inter Hungariæ Proceres jam anno huius sæculi sexagesimo quinto ad rebellionem sollicitabat, de secutura plebe certum Primo igitur Franciscum Ragotzium & Petrum Serinium veterum injuriarum recordatione ac novæ spei lena- nio in partes suas pertraxit. Illaque- tis Procerum præcipuis ad plebem que capiendam animum adjecit: alios promptiores quam Calvinistas hispanos sperabat; hos enim Temp- rum vi occupatorum, quæ eis nup- Ragotzii Mater eripuerat, recuperat

nem rebellione, imo & Cæsaris sanguine redimere paratos noverat. Obstitit tamen aliquamdiu Calvinistarum petito juvenis Ragotius vel Matris suæ reverentia vel Religionis studio absteritus, tandem vero importunis Vesselenii precibus expugnatus, Calvinistis non modo Ecclesias restituit, sed etiam ceteris eorum postulatis annuit, hacque ratione omnem sibi sectam obstrictam reddidit. Paulopost Vesselenius anno hujus sæculi sexagesimo septimo e vivis excessit: Agebatur igitur in Neosoliensibus comitiis de eligendo Successore, ubi inferioris Hungariæ Proceres Nadastrum, Esterhasium, Töckelium & Zitschium, superiores vero Hungari Forgatsium proponebant, declarantes, se nec comitiis, nec Reginæ coronationi interfuturos, nisi Procerum, & Calvinistarum querelis prius satisfactum esset: Proceribus igitur in partibus scissis comitia Neosolio Eperias transferebantur, ubi Rothalius Comes & Petrus Serinius a Cæsare Deputati ad sedandas hæc turbas ablegati fuerunt, hoc autem jamjam in conjuratorum partes transgresso, ineundæ concordie spes penitus evanuit, quocirca Cæsar interim, donec aliter decerneretur, Palatini munus Georgio Szelepfsenyo Strigoniensi Archiepiscopo demandabat:

F f 4

Dene-

sæc. XVII.
A. C. 1670.

Sæc. XVII. Denegatam sibi Palatini dignitatem in
A. C. 1670. dignissime ferebat Franciscus Comes de

Nadaſti, & quamvis ad leniendum do-
lorem Cæſar illum in Curizæ Judicem
ſelegiſſet, a Petro tamen Serinio in
conjuratiſſimam ſocietatem pellectus
Cæſarem intercipere ſtatuit; cum enim
Leopoldum Cæſarem nonniſi duodecim
Nobilibus ſtipatum ad Schotwines
oppidum excuſurum comperiſſet, a
communi conjuratorum conſilio quin-
gentos Sclopentarios, qui Cæſarem ap-
ptum abſtraherent, atque interficerent
in Pottendorffeniſi arce in inſidiis co-
locavit; cum autem Cæſare ante ſu-
riorum adventum jam Viennam rever-
ſus, ſacrilega conjuratorum conſilia ad
tum cecidiſſent, fontem aulicum in-
jectis canibus, fellibusque necnon in
culo ſerico, qui atrociffimo toxico im-
tus erat, corruperunt, ut tota Cæſaris
familia periret: aſt ætate
mentis conſilio factum, ut ex tetro
tore latens peſtis proderetur, quod
adeo tanti mali Auctores detegerunt.

§. IV.

*Apertum conjuratorum bellum contra
Cæſarem.*

*Joan. Lab-
ſansky relat.
jud. S. I.
& ſeqq.* Cum ergo conjurati Hungari nec in
ſidiis, nec veneficiis Cæſarem pe-

dere potuissent, in apertum bellum Sæc. XVII. A.C. 1670.
 consilia conferunt, rem totam mode-
 rante Petro Serinio, qui munitam ar-
 cem, vel in belli sedem, vel sinistræ Calmet Hist. de Lorr. t.3. l.39. p.783.
 fortunæ asylum sibi vindicare inten-
 tus, per uxorem suam magnæ auctori-
 tatis, majorisque versutiæ fœminam,
 Caroloftadiensem Præfecturam sibi con-
 cedi, a Cæsare petiit: spe tamen sua
 frustratus, Ragotsium juvenem instigat,
 ut arcem Montgatsiensem auro & ar-
 mis instructissimam e Matris suæ mani-
 bus extortam sui juris faceret: Hæc
 autem comperto Filii consilio illum re-
 pulit, asserens, non passuram se, ut
 proditoris Mater vocaretur, & Mariti
 sui opibus patriæ excidium promove-
 ret: Hoc responso absterritus Ragotsius,
 Tokaium intercipere moliebatur; Gu-
 bernatoris tamen vigilantia, & germa-
 ni præsidii fides arcis jacturam præpe-
 divit. Interim indies augebantur re-
 bellium copiæ, & Calviniani Prædi-
 cantes ubique in suis Synagogis po-
 pulum, ut Regnum ab Austriacorum
 Tyrannide vindicaret, seditiosis suis
 declamationibus provocarunt, linguam
 ipsis laxante Petro Serinio, ad cujus
 preces Ragotsius in solutionem salarii,
 quod ejus Mater ipsis denegaverat,
 famelicis hisce Præconibus mille au-
 reos numeravit, hacque liberalitate

Sæc. XVII. eos ad rebellionem adeo promptos reddidit, ut eorum quidam alta voce exclamaret: *Hodie Ragotius Princeps mille gladiis armavit*: Præterea hi Millestelli ipsos etiam Catholicos Proceres ad rebellionis societatem sollicitos præsumperunt, ingentem extollentem felicitatem, qua non minus, ac hoc ipsum Transylvani, excusso Germanorum jugo, ejectisque ex Hungaria Germanis sub Turcarum imperio potius ac sentiendi libertate permessa, quiete soluto nonnisi exiguo tributo, degerere possent. Insuper (uti ex interceptis Stephani Wittnyedii, qui Nadastio epistolis erat, literis anno hujus sexagesimo nono Mense Majo & trigesima Decembris die datis patuit) Silesienses, Raieenses, Turocenses, Silesiæ, Moravi, Bohemi, alique predicantes plebem ad sumenda arma concitaverunt.

Sub idem ferme tempus conjunctis accessit Franciscus Francipaniæ Croatiae Comes longe opulentissimus qui missis Constantinopolin Legatis Turcarum opem implorabat, sibi addictos Zagrabiam decernebat, hosce populos ceteroquin fidelissimos in partes pertraherent. Sollicitabatur etiam a conjuratis Transylvanorum Capronzenses & Valachi, eorumque

Pseudo-Episcopus Serinius quoque Sæc. XVII. A. C. 1670.
apud Bosniæ & Canisiæ Bassas, & Nadaſtius Adrianopoli apud Vezirium
per ſuos Legatos auri militumque ſup-
petias procurabant: Enimvero Cæſar
ad ſeditionem in ſuo ortu præfocan-
dam Regni comitia coegit, irrito ta-
men eventu, eoquod Procerum potif-
ſimi prius Palatinum creari, & Pro-
teſtantibus templa, ſectæque libertatem
reſtitui, pertinacius peterent. Interim
vero Ragotſius, ut Turcas in interiora
Regni pelliceret, eiſque conjuratorum
copias jungere poſſet, in Turcicam
ditionem irrupit, captiſque nonnullis
ſtragem & populationem longe lateque
intulit. Tempeſtively autem Cæſar Hoff-
manum ad Budenſem Vezirium, ut
hanc irruptionem excuſaret, ablega-
bat, novique tumultus obtentum præ-
ciſurus, duodena armatorum millia ad
finium cuſtodiam diſponi curabat: Va-
lidam e contrario opem conjuratiſ
Grammonvillius Gallus apud Cæſarem
Legatus ſpondebat, ut Cæſarem do-
meſticis hiſ turbis diſtentum a Belgii
tuendi curis avocaret: Vezirius quo-
que maximo cum exercitu ſe præſto
futurum pollicetur, ea lege, ut Hun-
garia, Styria, & Croatia Sultano tri-
butaria redderetur. De Turcicis igi-
tur Gallicis que auxiliis certi Nadaſtius
&

Sæc. XVII. & Francipanius, Carolinam arces, A. C. 1670. quo novercante fortuna receptum haberent, novis operibus firmant, utque argentum conficerent, opulentiorum Catholicorum bona diripiunt, ac doctore Bachovskio quatuor Hufarorum & Haiduckonum millia ad Croatia fines conducunt, circa Temeswarium & Canisiam decem rebellium milia contrahunt, Turcarum terrore cuncta replent, ac denique bellum contra Cæsarem haud dissimulanter circumferunt. Postea Erasmo etiam Tattenbachio nobilissimo juxta ac ditissimo Styriae Comite per Serinium factioni adscripto Nadastius Cæsaris literas ad Rothalinum Comitem pro sedandi tumultus rationes datas clam intercipi jussit, Francipanius vero regias naves annonam & arma Petriniam inferentes diripit, vicinasque arces minis & armis ad rebellionem sollicitat. Hæc seditiosorum molimina Aulam haud ultra latere poterant, quapropter Cæsar cunctas arces Germano milite potentius firmari, conjuratorum motibus, acuratus vigilari jussit: ne vero ulceratos animos asperitate ad desperationem revolvendo gisse argueretur, conjuratorum querelas oppositis rationibus elidere nititur, atque ad obsequium reversuris prætorum veniam pollicetur: Verum

conjurati Hungariæ Superioris Proce-
 res ultroneam clementiæ venditatio-
 nem velut imbecillitatis argumentum
 interpretantes, Cassoviæ comitia co-
 gunt, de belli ratione deliberaturi;
 duodecim Transylvanorum, Valacho-
 rum, & Moldavorum millia contra-
 hunt, & Rothalium a Cæsare ad dissi-
 panda hæc consilia submissum ferociter
 hoc responso remittunt; *se Patriæ causa*
convenisse, nec pro pecudibus haberi se pas-
suros, hisque copiis se limites defensuros,
ita patriis legibus se obstringi. Interea
 Protestantes in suæ sectæ favorem se-
 ditiosis opem ferre intenti, Cassoviæ
 pariter conventum egerunt, & facta
 inter tredecim Comitatus conjuratione
 copias collegere, quarum imperium
 deferebant Ragotsio. Hic ergo, cum
 se per suam Matrem, ne paternas opes in
 conjurationis subsidium impenderet,
 prohibitum indignaretur, rursus arcem
 Tockayanam, quam nuper armis haud
 poterat, dolo expugnare tentat, ejus-
 que Præfectum Starenbergium ad epu-
 las invitatum unacum Comite Colo-
 nitschio in vincula conjicit, & octo
 suorum millia mænibus admovet, ast
 a præliario milite tormentis petitus,
 denuo retrocedere cogitur.

Sæc. XVII.
A. C. 1670.

§. V.

Conjuratio detestata.

*Tuld. Hist.
Doc. 1. 2.*

Hæc dum in Hungaria gerebantur Tattenbachius Comes Cranichseldam ad Petrum Serinium profectus eidem subigendæ Styriæ consilium præstitit; Igitur inter eos convenit, Græcium ex insidiis hac ratione capiendum: Adduceret Francipanius Turcarum millia a Bosnaniensi Bacia submissa unacum scalis ceteroque paratu, horum partem Cæsareis opponeret, aliam Serinius ipse noctis beneficio haud procul Græcio admoveret: facto Tattenbachius die vigesima octava Martii, velut ob belli metum Cranichselda pretiosorem suppellectilem Græcium translaturus, aliquot Janissarum millia sex tectis curribus inferens qui per speciem diffractæ in ponte licio rotæ, dato signo, trucidatis giliis in urbem irruerent, civesque reiectis flammis, ac promiscua cæde sui defensione averterent, ferventem tumultu Serinius cum quatuordecim Turcarum millibus advolaret, & per Suravii Comitæ aedes in arcem penetraret. Verum sanguinaria hæc conjuratio Vindex Deus in Authoris capite rectorfit: Habebat Tattenbachius inter suos

suos famulos quemdam arcani hujus Sæc. XVII.
 consilii participem, sibi in paucis A.C. 1670.
 fidum, hunc tamen furti reum in car-
 ceres conjici jubebat. Hic vero aut
 ultionem sumpturus, aut supplicium
 evasurus, Willio Urbano Prætori to-
 tam conspirationis feriem ex propriis
 Heri sui & Serinii literis manifestat:
 Hisce literis Viennam missis, res, ne
 locii fuga sibi consulere, per aliquot
 dies tam religioso premebatur silentio,
 ut Tattenbachius nil sinistri suspicatus,
 Bachanalibus, genioque liberius indul-
 geret, & Preinerum Comitem Consilii
 Præsidem, qui jam antea Comiti in-
 vigilare, ab Aula monitus fuerat, in
 Curia conveniret, de suo itinere Cra-
 nichsfeldiano nova relaturus. Vix au-
 tem Consilii locum ingressus fuerat,
 cum illico Cæsaris nomine gladium
 ponere, ac in custodia esse juberetur:
 Excutiuntur ædes, scrinia & literæ,
 reperiuntur arma sex hominum milli-
 bus suffectura; Rogatus, quid iis vo-
 luisset, mox crimen cum gemitu confi-
 tetur, ac carceri mancipatur.

§. VI.

Reliqui ex Conjuratis capti.

Eodem tempore Serinius quoque in *Wagn. Hist.*
 prodicionis suspicionem trahebatur; *Leop. 1.3.*
 præ- *pag. 242.*

Sec. XVII. præterquam enim, quod Regis injuri
 A.C. 1670. in armis palam esset, insuper Erdödi
 Esterhasii Comitis Servus, qui Canitæ
 captivus hærebat, Buckovackium Ser-
 rini Centurionem frequentius famili-
 riusque cum Bassa ibidem agere mu-
 tiabat; quo comperto Erdödius Lok-
 kovicius Comitem desuper certior
 fecit, eidemque significavit, Ser-
 Palatium passim a Turcis frequen-
 Hic vero desuper interpellatus, obtes-
 debat, quod annuente Cæsare Tur-
 rum molimina exploraturus, suo Cen-
 turioni in mandatis dedisset, ut se cum
 Turcis belli societatem contra Cæsarem
 inire fingeret, eorumque consilia pa-
 adversantia artificioso hoc dolo des-
 geret. Iniquissimo autem conjuro-
 fato contigit, ut Esterhasiani milite-
 Monachum quemdam interciperent
 unacum literis, in quibus Serrius
 Cassanovam Cæsareum Oratorem ve-
 neno Constantinopoli e medio tolli i-
 ferat: Has ergo literas Esterhasius Co-
 mes Viennam ad Imperatorem trans-
 misit. Eodem ferme tempore Fran-
 cipanium quoque Csolnitius arca-
 rum conscius, sceleris tamen atrocitate
 commotus, prodidit, productis literis
 quas idem Francipanius die nona Martii
 ad eundem scripsit, & Leopoldus Cæ-
 sar, ut memorabimus, teutonice re-
 dit.

ditas ad Legatos suos Ratisbonam trans- Sæc. XVII.
 misit: Erant autem sequentis tenoris: A. C. 1670.

„Pulchram & amicam salutem,
 „chare Capitaneæ Zscholnisch: Deo
 „sint grates, quod nostri homines cum
 „bona expeditione redierint, literæ a
 „nostro Capite ad me datæ urgent ci-
 „tissimum nostrum adventum: magnis
 „idcirco diu noctuque eo contendam
 „itineribus, quo citissime ordiamur:
 „paratus sto cum meis & vix exspecto,
 „ut pileos permutemus, & germano-
 „rum in aera evibremus, percrebuit
 „tum hic, quam alibi locorum Wuckov-
 „vatskii adventus, & quid agendum,
 „præ timore nescitur: præterita nocte
 „emiserunt Carlstadienses Cursorem
 „Græcium, in subsidium efflagitatum
 „aliquot legiones: sed unde sume-
 „mus? cervici interim nos ipsorum im-
 „minemus. Minantur mihi, sed nihil
 „audent: Vana sine viribus ira; hodie
 „Carlstadium ipse eques præteribo,
 „post me trahens syrma trecentorum
 „meorum, quibus stipatus, Carlstadien-
 „ses Rani- Capas necquicquam timeo,
 „quia, quidquid ibi honestorum viro-
 „rum, neutiquam mihi obstabunt; mer-
 „catores, & canes &c. autem non au-
 „debunt prodire foras. Jam ubi, &
 „quando invasio tentanda, conclude-
 „mus. Et si necesse foret, pro majori

Hist. Eccles. Tom. LXIII.

G g co-

Sæc. XVII „conatum securitate Bosniæ Passio
A. C. 1670. „in persona adirem; confido in Domi
 „no, fore ut bonum fortiatur exitum
 „si modo ad principium jugulum pe
 „tamus, nec moram demus, talis
 „hisce sese colligendi. Quodsi Cap
 „mecum conspiraret, ac sua facere
 „per fidem meam, negotiationibus bo
 „nus foret successus. Fœderis huius
 „me profitebor directorem, quod sciam
 „quomodo, ac qualiter cum germanis
 „agendum, libens cum Capitaneo pre
 „sens collocutus fuissim: sed quod es
 „sint ordinationes, bene fecit rece
 „do, nullus tamen dubito, quin domi
 „natio sua fusius cum eo egerit, fide
 „meam ac servitia detexerit, quin
 „Serenissimo turcarum Imperatori
 „dictus sum, quamque diligenti ac
 „mo conclusiones nostras celem
 „tio, quodque revera in persona
 „pria comitatus sim. In præsentia
 „plura non occurrunt, donec cum
 „tesignano sermones miscuerimus. C
 „dat vestra Dominatio, quod suos
 „amicus, & servire paratus maneam

§. VII.

*Moti in Hungaros belli causæ a C
 sare manifestatæ.*

Sæc. XVII.
A. C. 1670.

Cum ergo seditionis Authores de-
 tecti essent, reliquos perduelles
 instructo exercitu comprimere decre-
 tum erat, prius tamen clementissi-
 mus Cæsar proclamato diplomate om-
 nibus ultra ad obsequium reversuris
 veniam sponndit. His vero respon-
 dentibus, se arma non posituros, nisi
 Germani æternum ab Hungariæ Re-
 gno arcerentur, & Calvinistis æque ac
 Lutheranis omnia Tempa perpetuo
 jure cederentur, eapropter Cæsar, ne
 Protestantes Germaniæ Principes sectam
 potius quam perduellionem peti autu-
 marent, interceptas rebellium literas
 præcipue Serinii epistolam ad Csolni-
 tium Ratisbonam transmisit, & decreti
 belli causas eisdem exposuit, datis ad
 suos Legatos hisce literis.

„Est, quod humillime memoria re-
 „petatis id ipsum, quod propria manu,
 „tricesimo proxime præterlapsi Martii
 „die de patefactis Superioris Ungariæ
 „motibus, & Serinii rebellione, cle-
 „mentissime ad vos perscripsimus, &
 „ad congregatos Imperii status referri
 „demandavimus; quod iterum confir-
 „mamus. Etiamnum vero istiusmodi
 „Serinianæ hostilitates latius in dies
 „erumpunt, serpuntque, concurrente
 „strenue, & conferente non parum ad
 „hacce flammæ comite Frangipanio;

Gg 2

„ad

Sæc. XVII. „ad nostras etiam ejus in confirmatio-
 A. C. 1670. „nem majorem, manus devenere Cro-
 „tica lingua exaratae literæ, quas præ-
 „fatus Frangipanius ad Capitaneum
 „Scholnitium dedit, quæ a nobis præ-
 „ad rebellium partes, post iterum
 „ptæ in originali ad nos devenerunt.
 „Harum in germanicum idioma trans-
 „latarum copiam pro informatione
 „hisce transmisimus, ad communicandam
 „dum universis imperii statibus, ut præ-
 „nisi, infidelitatem maximam erga
 „nos, & hostiles machinationes, non
 „solum credant, sed & propriis inspec-
 „tibus oculis, ubi vero clementissimè
 „confidimus, futurum, ut ii, ubi ne-
 „cessitas exegerit, subsidiarias potestates
 „gant manus contra Turcam, atque
 „ejusmodi hostilitates ad nostram
 „quisitionem nobiscum propulsaturi
 „id quod iteratis vicibus ipsis ob am-
 „oculos statuatis.,,

Præterea Cæsar apud Sultana
 Constantinopoli per suum Oratorem
 suppeditato rebellibus milite querebatur,
 cui tamen Sultanus, quod consilii
 jurationis consilia nimis tempestive
 detecta cerneret, se pacem minime
 laturum, Bosniæ vero & Canisæ
 fas, eoquod inconsulto Ottomanico
 natu, seditiosos fovissent, revocandos
 esse respondit, atque in promissi fidei

Leopoldo ipsas Hungarorum literas, Sæc. XVII.
 quibus a Budensi Bassa suppeticas pe- A.C. 1670.
 tierunt, Viennam transmisit.

§. VIII.

Rebelles a Cæsareo milite profligati.

Rebus ita dispositis Cæsaris jussu Contiu.
 Spankovius Bellidux cum sex suo- Chron. Hist.
 rum millibus recta in Croatiam movit, t. 3. l. 9.
 ac Serinium primo prælio devictum pag. 192.
 unacum Francipanio ad Sckatornia-
 nam arcem repulit, qua etiam armis
 expugnata Broadam, ceterasque Se-
 rinii arces occupavit, præsidiariis hinc
 inde dilapsis: ipse etiam Serinius &
 Francipanius, cum per sylvas & loca
 invia errantes, ac fame & lassitudine
 fracti tandem apud Kerium Comitem
 divertissent, ab eodem officii sui po-
 tius, quam amicitiae memore capti,
 Viennam deducebantur; pari quoque
 armorum felicitate Sporckius Ragot-
 sium, fufum fugatumque eo adegit,
 ut soluta Tokaiæ & Zattmarini obsi-
 dione Starenbergium & Colonitsium
 Comites libertati redderet, & per ejus
 Matrem, quæ semper Filii perfidiam
 detestabatur, Cæsaris clementiam im-
 ploraret, obtineretque. Ita demum
 ad saniora reductus Ragotsius suos ab
 armis revocavit, omnique jure in Trent-
 schi-

Sæc. XVII. schinium cessit, quo facto rebelles in
A. C. 1670.

Godofredum Heisterum Belliducem ve-
nia Præfidiarios Germanos admiserunt.
Expurgata hunc in modum Hungaria
adhuc Vesselenia Palatini Vidua in Me-
rana arce, velut totius conjurationis
domicilio hærebat: at quampri-
mum Carolus Lotharingæ Princeps
cum quindecim armatorum millibus
arcem cinxerat, hæc foemina dediti-
onem fecit, in captivitatem Viennam
abducta. Excussa arce præter pluri-
mas conjuratorum literas insuper re-
pertæ fuerunt epistolæ Nadastii man-
datæ ad Ragotsium & Vezirium exaratae,
quibus illi Hungariæ coronam polliceri
batur, hujus vero auxilia urgebat.
Datum ergo Ursembeccio Comiti nego-
tium, ut Nadastium, qui nil sibi me-
tuens, nec de Serinii & Francipoli
fide dubitans, Pottendorffii prope Vi-
enam degebat, comprehenderet; quod
Viennam abducto nihilominus præ-
cipui conjurationis focii Töckelius, Na-
trozius, Illishassii, Bathorii, Nagel-
Osterschützius, & Paragozi, viri
tissimi Catholicorum & Austriacæ Re-
gibus hostes bellum strenue profere-
bantur, ab Heistero tamen arctius pre-
arcibusque suis exuti, præcipiti
sibi consuluerunt. Detecta insuper

ancillam conspiratio ingens, qua Caf- Sæc. XVII.
 sovix cives Calviniani noctu cunctos A.C. 1670.
 præfidiarios Germanos jugulare decre-
 verant: ipsis tamen a Cæsareo milite
 devictis, Cassovia & Eperesium urbes
 validius Germano præsidio firmabantur:
 Hanc vero conjurationem conflagant
 Protestantes, eoquod urbis Gubernator
 Ecclesiam Cathedralem, quam hære-
 tici Catholicis fervente Bozkaiensi tu-
 multu anno hujus sæculi quarto per vim
 eripuerat, eisdem restituisset.

§. IX.

Judicii acta in reos instruda.

Prostrata hunc in modum rebellione,
 plurimisque rebellibus in vincula
 conjectis, Serinius & Francipanius Neo-
 stadium ducti fuerunt, mox vero Im-
 perator in seditionis Auctores judicii
 acta instrui jussit: ut vero in caussæ
 discussione, & ferenda sententia, sum-
 ma æquitatis ratio haberetur, nec Pro-
 testantes non rebellionis, sed sectæ
 odio quicquam agi pro more suo cri-
 minarentur, hanc judicii formam Im-
 perator præscripsit: Hoc judicium nullo
 habito Religionis discrimine ex Aulico-
 Imperiali & Bellico - Aulici Senatus,
 necnon ex inferioris Austriæ Collegii
 duodecim Consiliariis confletur, horum
 Gg 4 fidei,

Sæc. XVII. fidei, prudentiæ, integritati, ac
 A. C. 1670. tentiæ, Præfide Cancellario Baro
 de Hoher standum erit, postea Curie
 Promotor reos ex juris præscripto de
 concitata rebellionis & perduellionis
 causa accuset; his vero pro sui defen-
 sione primi nominis Jureconfulti attri-
 buantur, ut obstruerentur obtretra-
 tium voces, opes captivorum præ-
 pium eorum crimen esse. Tunc
 num ad sententiam procedatur, quæ
 hi Judices ad extremum judicantis
 Tribunal deferre, se posse testatur
 arcano autem silentio sententiam præ-
 mant, obliqnatamque Cæsari per Præ-
 fidem tradant, ulteriora ejusdem
 data præstolaturi. Prout justum est
 ita & factum: Annus autem pene
 teger reis, instruendæ, agendæ
 causæ concessus. Interim Cæsar con-
 ponendæ Hungariæ rursus comitia
 dixit, in quibus tamen nil pacate actum
 eoquod Protestantes continuo voce
 rarentur, non Cæsari sed Ordini
 judicium captorum Comitum com-
 tere, patriæ libertatem everti, & Ger-
 manica præsidia oneri haud tolerari
 esse: nimirum Protestantes in id
 intenti erant, ut sublato fræno impu-
 grassari, & Cæsarem, Catholicos
 opprimere possent.

Sæc. XVII.
A. C. 1670.

§. X.

Petri Comitis Serinii defensio.

Primo Mense Petrus Comes Serinius
diffuso calamo ad Cæsarem scriptum
Neostadio Viennam transmisit, in quo
conjuratiōis scriem adhuc ignorari ra-
tus, objecta sibi crimina hunc in modum
diluere nitebatur.

Augustissime ac Invidissime Cæsar.

„Quandoquidem præter spem & opi-
„nionem & contra clementiam heroi-
„cis animis usitatam, Austriacis vero
„ita innatam, ut jam in naturam & de-
„bitum transferit, in hac captivitate
„malorum omnium Iliade detinear,
„propono Majestati Vestræ justificatio-
„nis meæ argumenta, humillime sup-
„plicans, ut æqua & benigna aure au-
„scultare, finemque tandem his miseriis
„imponere non gravetur. Absit autem,
„ut ego hic ullatenus disceptare, aut
„defendere velim, licitum esse ulla
„ratione Hungaris arma contra Maje-
„statem Regiam suscipere, prætexen-
„tibus sua jura, & libertates tolli, le-
„ges fundamentales everti, pleniorē
„Monarchiam, & absolutum Domi-
„nium sensim introduci in Rempubli-
G g 5 cam

Sæc. XVII. „cam mixtam & Regnum Electivum.
A. C. 1670. „Absit ut prætexam inter Regem &

„Regnicolas mutuum esse juramentum,
 „& contractum, a quo cum una pars
 „resilit, resilire licet & alteri; absit de
 „nique, ut Majestati Vestræ Cæsareæ
 „vacantiam diuturnam Palatinatus ac
 „violationem aliarum legum juratarum
 „aut articulorum, aliaque gravamina
 „quæ hodie passim a male contentis
 „circumferuntur, objiciam, quamquam
 „hæc & similia efficiant forte, ut te
 „multus Hungarici tam infames non
 „audiant, quam hæreditariorum Ve
 „sallorum Rebelliones, & propterea
 „Augusta Vestra Domus mitius & me
 „deratius exemptos Hungaros, quam
 „nocivos subditos tumultuantes habe
 „nus castigare consuevit, nunquam me
 „men ejusce mentis fui, ut ob similes
 „cavillationes fidem & tranquillitatem
 „publicam violarem. „

„Inprimis ergo, quod factum ipsum
 „attinet jam Majest. vestræ Cæsareæ &
 „toti orbi notum, me nullum fœdus
 „cum Turcis iniisse, nullis pactis sub
 „scripsisse, nullam penitus hostilitatem
 „contra Majestatem Vestram operari
 „exercuisse, nullum meorum militum
 „aut servorum arma sumpsisse: sed
 „contra me in omnibus, & per omnia
 „suis literis & nutibus obedivisse, meum
 „filium

„filium Viennam præmisisse, meipsum Sæc. XVII.
 „sponte secutum fuisse, imo ex meis li- A. C. 1670.
 „teris ad Principem Ragozium datis non
 „nihil ad compositionem tumultuam
 „Hungariæ superioris cooperatum fuif-
 „se, quin imo rem totam confecisse,
 „ita, ut hoc unico actu, quæcunque
 „delicta perpetrassem, resarcisse, & re-
 „compensasse videar, ut meum pecca-
 „tum, si ita appellare placeat, sanctum
 „beatumque appellari debeat, quod
 „Majestati Vestræ Cæsareæ tantam fe-
 „licitatem caussaverit, & licet hæc
 „opus externum concernant, plurimum
 „tamen ponderis & momenti habent,
 „cum summæ leges non nisi externa ju-
 „dicent, nec soleant principes sublimes, &
 „heroicæ mentes anxie attendere ad mo-
 „limina interna, quæ noxia non sunt,
 „vel feliciter succedunt. Quare cum
 „Cæsar Pompeii, & postea Scipionis
 „offendisset literas, quibus dabatur
 „notitia conspirantium civium & secu-
 „tarum machinationum, non solum eas
 „non legit, sed ne aspectas quidem in-
 „cendio absumpsit, ratus, non debere
 „Cæsarem causas irarum quærere, nisi
 „in iis, qui sese aperto Marte vel osten-
 „tabant, vel opponebant. Quantum
 „vero ad intentiones meas & secreta
 „cordis attinet, quandoquidem tota
 „caussa huc devolvatur, & nemo ea
 „sciat

Sæc. XVII. „sciat melius quam ego, jurando affi-
 „A. C. 1670. „mo (paratus quodcunque solemne

„ramentum super hoc deponere) me
 „nunquam habuisse intentionem rebel-
 „landi, multo minus me submittere
 „Turcis, aut iisdem adhærendi, sed
 „potius eos ruinandi, & destruendi,
 „possem. Consiliorum Hungariæ sup-
 „rioris non fui complex, aut participans,
 „licet aliunde subodoraverim, rem
 „non bene & fideliter agi pro Ma-
 „state Vestra Cæsarea, quod ipsum
 „Aula vestra patefeci, sed id contem-
 „ptum aut non creditum, tanquam
 „ret proprium commentum..

„Misi in Turciam Capitaneum
 „Bukorakci, eumque fateor, mun-
 „datis literis credentialibus, & sigillo meo
 „permissione tamen Majestatis Vestre
 „Cæsareæ, quæ concessit, ut res tur-
 „carum missis exploratoribus accuratè
 „explorarem, nam paulo ante per com-
 „tem Rothal aperui candida meo
 „Majestati Vestræ Cæsareæ oblationes
 „& promissiones turcarum mihi factas
 „mediante quopiam mancipio meo tu-
 „cico, nomine Omer Ispaya, quod
 „difficulus fuerit creditum, jussit
 „men Vestra Cæsarea Majestas, ut
 „ctam cum Turcis correspondentiam
 „servarem. Misi ergo dictum Capitan-
 „neum intentione explorandi molimur
 „Tur-

Sæc. XVII.
A. C. 1670

„Turcarum, quibus facili negotio exitium
 „caussassem, in hunc finem Buko-
 „rakcio injunxi, ut oculotenus tracta-
 „tus cum Turcis iniret, aut potius
 „inire fingeret, ut Majestati Vestræ
 „clare demonstrarem, nullam haben-
 „dam esse fidem melitis illis Turcarum
 „verbis, quibus Aulam Vestram in-
 „escant, & fluxa, & fucata esse eorum
 „fœdera & promissa, & tamdiu duran-
 „tia, donec suppetat occasio; ne ta-
 „men res eo loci deveniret, unde pe-
 „dem recte referre non licet, caute ei-
 „dem injunxi, ut unum alterumve re-
 „servaret, super quo assereret, se con-
 „cludendi potestatem non habere, do-
 „nec ad me reverteretur. Spargitur
 „interea, & ope æmulorum fama ubique
 „volat, Serinium rebellem esse, dese-
 „cisse a fide Cæsaris, educturum in
 „Christianos ingentem Turcarum exer-
 „citum, habere suos Legatos apud Por-
 „tam Ottomanicam, terrore tandem
 „implentur omnia. Et ego, ut verum
 „fatear, volens in aqua turbida piscari,
 „& præmium virtutis meo judicio to-
 „ties negatum, dolo extorquere, non
 „fui sollicitus de compescendo illo ru-
 „more, sed eum permisi currere liber-
 „rime, imo quodammodo auxi, si non
 „claris, saltem ambiguis literis, co-
 „loquiis, discursibus, tractatibus, aliis-
 „que

Sæc. XVII. „que argumentis, quæ jam in parta
 A. C. 1670. : „facti contra me afferuntur; cum ta
 „men simulata mente, & personat
 „vultu a me acta sint ad hanc technam
 „struendam, ut vel hoc umbratili te
 „rore æstimationem aut promotionem
 „adipiscerem, in qua illibata firmam
 „meæ familiæ fides, majorum meorum
 „gesta miranda potius quam imitantia
 „nupera mei fratris gloriosæ memoriæ
 „merita, & nonnulla etiam mea (ob
 „sit jactantia verbo) extincta, & obli
 „terata multorum judicio jacebant
 „non obstante tamen hoc stratagemate
 „& techna hac artificiosa, quam ordi
 „bar, ut mea mens pura remansit, ne
 „quamque ad perfidiam collimavit, ita
 „omni hostilitate abstinui, & nihil pro
 „sus gessi, quod Vestræ Majestati Cæ
 „sareæ esset perniciosum, imo in rebus
 „P. Forstall, quem ad Majestatem Vest
 „stram ablegaveram, ad nutum Vest
 „Cæsareæ Majestatis & suorum prin
 „cipalium Ministrorum ab hac ipsa
 „bratili & personata pugna primo
 „abstini, & cætera omnia Majestati
 „Vestræ gratissima præstiti, et si faci
 „lium mihi fuisset, multa mala pe
 „petrasse, & ut omnes fatebuntur, Cæ
 „sareum militem in confinio meæ
 „sulæ de die in diem lento pede sine
 „ullo ordine & raris agminibus

„congregantem, in dies parva manu Sæc. XVII.
 „succellive trucidasse. En tibi Augu- A. C. 1670.
 „stissime Cæsar veram seriem, non facti
 „tantum, sed & intimarum mearum
 „Cogitationum, quibus parum, aut
 „nihil me peccasse reor, cum ad opta-
 „tum pervenissent scopum, scilicet si
 „ego promotionem, officium, munus
 „quodpiam insigne a Vestra Cæsarea
 „Majestate hoc stratagemate extorsis-
 „sem, id ego credo, collatum fuisset
 „(sine jactantia tamen) in Virum &
 „familiam de republica Christiana bene
 „meritam, & quæ fide in Austriacos
 „nulli unquam cessit, ego igitur nec
 „peccarem recipiendo, nec Vestræ Cæ-
 „sareæ Majestati præjudicium fieret
 „conferendo. Agnosco tamen & expe-
 „rior, nec serio nec joco paciscendum
 „cum principe, aut cum eo ineundas
 „conditiones; si id tamen crimen sit,
 „certe non læsæ Majestatis, non per-
 „duellionis, non perfidiæ aut infideli-
 „tatis crimen est, sed techna etiam
 „multoties practicata a Vasallis etiam
 „fidelissimis, potentia & invidia op-
 „pressis, in Aula, ut ex veteribus, &
 „ex recentibus Authoribus optime con-
 „stat. Et hanc artem non semel for-
 „tassis exercuerunt aliqui nostratum
 „sub penultimis Majestatis Vestræ Cæ-
 „sareæ Ministris, qui similes præ-
 „sum-

Sæc. XVII. „sumptos tumultus exercuere, quo
 A. C. 1670 „rumque pretio malebant redime- „ta
 „quam ad puriorem resolutionem de „El
 „venire; & sane me aliam ab hac „m
 „tentione non habuisse, convincit „fi
 „quam plurimis, evidentissimisque „m
 „tionibus, indiciis, & argumentis. „sa
 „Cum sit fluxa & falsa Turcarum fides „re
 „nulli unquam servata, ita, ut vix „pu
 „die exstet memoria ullius familie „pr
 „tot illustribus, quæ se unquam Turc „bi
 „submiserunt, facilitas ipsa, & prom „pl
 „titudo Turcarum ad violandam pæcæ „fi
 „& fœdera inita cum Cæsare mihi „rit
 „gumento esse poterant, non majore „&
 „in fœderibus ineundis mecum „sta
 „firmitatem. II. Est innata mea, „af
 „jorumque meorum Antipathia „Fo
 „Turcis, eorumque mecum; tot eni „ro
 „tantæque acceptæ, & vicissim illar „co
 „clades, facile animos utrinque exar „qu
 „barent, nec diuturnam admittere „ce
 „amicitiam. III. Est impossibilitas „T
 „exequendi destinata sine comment „C
 „armis, pecuniis, militia, sine leg „se
 „sine confœderatione; sine ulla prof „m
 „adhærentia, ubi e contra fere omni „de
 „totius orbis Christiani principes „m
 „merito habiturus essem pro hostib „pr
 „IV. Imperceptibile est, me volun „m
 „illibatam familiæ meæ fidem & „m
 „riam tot heroicis gestis confirmat „de
 „ta

„tam foede & ludicre contaminasse. V. Sæc. XVII.

„Est, me Regni Proceres aut vicinos A. C. 1670.

„meos in partes meas non sollicitasse,

„sine quorum assistentia tamen nihil

„fieri potest. VI. Est, meipsum pri-

„mum fuisse, qui in Aula Vestræ Cæ-

„sareæ Majestatis hanc præsumptam

„rebellionem primus patefecerim, ex-

„pulsâ comitissâ fratria mea vidua,

„præmissâ ad M. V. C. Episcopo Zagra-

„biensi, & postmodum Patre Forstall,

„plurimisque aliis indiciis, & licet af-

„finis seu uxorius meus alio sine urse-

„rit, ut vidua expelleretur ex arce,

„& una etiam expelleretur Pater For-

„stall, ego tamen, cum diversos ab

„affine alerem conceptus, & Patrem

„Forstall detinui, & viduam abeuntem

„rogavi, ut has controversias in Aula

„componere satageret, recordaretur-

„que, se brevi redituram; nihil autem

„certo horum fecissem, si adventum

„Turcarum, qui primum in Julio in

„Campum prodire solent, expectassem,

„sed omnia alto silentio pressissem, si-

„mulata interea summa fide usque ad

„definitum tempus. VII. Efficacissi-

„mumque argumentum est, quod nulla

„præparatoria fecerim, nullum com-

„meatum, annonam, munitionem aut

„militem vel pro defensione unius qui-

„dem diei comparaverim (num ergo

„toti

Hist. Eccles. Tom. LXIII.

Hh

Sæc. XVII. „toti potentia Austriacæ me opponere
 A.C. 1670. „voluiffem,) nulli meorum dederim
 „ordinem arma sumendi, nullam pro
 „fus resistantiam fecerim, nullamque
 „hostilitatem exercuerim, cum miles
 „Vestrae Cæsareæ Majestatis vix ad tri
 „quatuorve millia numeraretur, &
 „lassus nulloque ordine conveniens
 „internecionem deleri potuiffet. Filium
 „denique ad Cæsaream Majestatem
 „stram & Patrem Forstall sine mora
 „tergiversatione miserim, promiseram
 „que eidem Patri Forstall, me
 „iturum aut confestim secuturum, que
 „tiescunque Vestra Cæsarea Majest
 „juberet, cum tamen mihi facillime
 „fuiisset divertere, aut digredi, que
 „cunque libuerit in Italiam, Germaniam,
 „niam, Hungariam aut Turciam,
 „tam amici, quam inimici multum
 „probarent meum adventum Viennam
 „ivi tamen, quia nullius mihi malis
 „consciis eram. Hisce argumentis
 „perpensis nemo est, qui suspicari poss
 „rit, me voluisse a fide Vestrae Maj
 „statis Cæsareæ deficere, aut Turc
 „adhærere, nisi delirus sit, aut
 „delirasse existimet, sed volui solum
 „modo ad lucrum nomenve conciliari
 „dum tentare sub principe Auerperger
 „Ministro, qui tunc erat, quod
 „sub eodem non sine lucro tractaretur.

Sæc. XVII.
A.C. 1670.

„cum ille ad alia merita vix attende-
 „bat, & hoc facile penetrant, qui sta-
 „tum meum & illorum temporum in-
 „telligunt; & licet e re mea non multum
 „videatur, meas secretas intentiones
 „in ordiendo hoc stratagemate pluribus
 „communicare, communicavi tamen
 „iis, quibus fidebam, & quorum in-
 „tererat. Testes adduco D. D. Vice-
 „Bannum Chiculianum, Petrum Bra-
 „nski & Nicolaum Batachich, co-
 „ram quibus me expectoravi, asserens,
 „me cum consensu Cæsaris correspon-
 „dentiam cum Turcis non ad malum
 „finem habere, eosdemque assecuravi,
 „quod nullatenus intendam esse proditor
 „Patriæ, aut Cæsari Rebellis, testis sit
 „P. Forstal, quem, cum conturbatum
 „ob hanc rebellionem vidissem, seria
 „& sincera intentionum mearum ex-
 „pectoratione solatus sum, specialiter
 „autem quadam vice, cum Orpheus
 „Franchipanus plurima præjudicia
 „suo cerebro differuisset, P. Forstall fer-
 „monem resumpsit, & liberius respon-
 „dit, nos procul adhuc esse ab illis
 „Chimæris, quales sibi imaginabatur
 „Frangipanus, sive res serio, sive joco
 „agatur, si Christiani sumus, satius esse
 „ut de compositione tempestive agatur,
 „& alia plura in hunc finem addidit.
 „Replicavit Orpheus cum fervore, rem
 „hanc

Hh 2

Sæc. XVII. „hanc adeo difficilem non esse, & im
 A. C. 1670. „prætergressum esse omnes composi-
 „nis terminos, non esse credendum
 „verbis Aulæ, & verbis Germanorum
 „ex necessitate ergo faciendam esse vi-
 „tutem. Tunc dimisso colloquio iterum
 „semotis arbitris asscuravi P. Forstall
 „de mea optima & Christiana inter-
 „tione, monens tantum, ut pro sua
 „curitate cautius & mitius loqueretur
 „præsertim coram iis, quos novit magis
 „intentionatos esse, & ob hanc cau-
 „sam, dictum P. Forstall aliquot diebus
 „rarius ad me admisi, & vix unquam
 „aliquid præsentente Orpheo, aut Me-
 „chione cum illo locutus sum. Omnia
 „verba mea prolata in tesseram fide-
 „tatis erga M. V. C. coram P. Superiore
 „Vratinensi Societatis Jesu & coram
 „D. Canonico Heslinger, coram quibus
 „bus pluries repetii, me magis timens
 „amicitiam Turcarum, quam inimicitiam;
 „prætereo multas alias rationes
 „evidentes, scripta facta & verba, &
 „quibus manifestam fidelitatem meam
 „erga Majestatem Vestram abunde pro-
 „bare possem. En factum & intentum
 „nes meas, Augustissime Cæsar, præ-
 „ad verbum, fidem, promissiones
 „V. C. & suæ Aulæ firmissimum omni-
 „gentium jure præsidium me concessum
 „Dato & nunquam concessio, quod factum

Sæc. XVII.
A. C. 1670.

„set mihi animus vere rebellandi, ver-
 „bum tamen M. V. C. sanctum & in-
 „concussum manere debet. Violatio-
 „nem fidei, etiam Turcis & infidelibus
 „datæ, Deus sæpe non semel severe
 „castigavit, verbi adeo tenax fuit Au-
 „striaca Domus, ut maluerit aliquoties
 „magnæ ruinæ periculo sese exponere,
 „quam verbum violare: In hoc funda-
 „tur jus gentium, & totius generis
 „humani commercium, & communi-
 „catio. Fides & clementia duo fulcra
 „sunt Vestræ Augustæ domus, quæ
 „ruere nunquam potest, quamdiu illa
 „non subvertitur. Majestas Vestra inpri-
 „mis suis literis per Episcopum Zagra-
 „bensem mihi indubitate promisit con-
 „tinuationem pristinæ gratiæ, & adhuc
 „novos favores, quæ certe amplissima
 „venia & amnestia. Princeps a Lob-
 „kowitz, supremus Minister, & Aulæ
 „Præfectus, distinctius, & articula-
 „tius mihi promisit nomine Majestatis
 „Vestræ Cæsareæ per P. Magnum Mar-
 „cum Forstall Augustinianum, me nul-
 „latenus declaratum iri in rebellem,
 „aut infidelem, nihil facturum in vita,
 „bonis, honore, libertate, muneris
 „officiis, dignitatibus aut privilegiis,
 „si tempestive obediero, si meum filium
 „in obsidem, si chartam biancam manu
 „mea subscriptam in tesseram obedien-

Hh 3

„tiæ

Sæc. XVII. „tix ac fidei ad Majestatem Vestræ
 A. C. 1670. „Cæsaream confestim transmisero; pro
 „misit mihi generalatum Varadinensem
 „aut Carlstadiensem, si tamen Banus
 „tum resignare vellem, promisit solvere
 „debita domus ad 40. millia circiter
 „florenorum, promisit res familiæ me-
 „stræ habituras in Aula prosperum suc-
 „cessum, & rursus se tanquam dilectis-
 „simum cognatum, me nunquam de-
 „serturum promisit, quia sicut illo tem-
 „pore in passione legebatur, quod Scri-
 „ptus ad tertiam vicem peccaverit, post
 „facta pœnitentia nihil eidem ademp-
 „sit, sed fuerit factus princeps Aposto-
 „licorum: ita & mihi fieret, si resipiscen-
 „tiam; addiditque Princeps iteratis
 „verbis, se neminem unquam de-
 „cipisse, semperque suis verbis stetit
 „Clementiam austriacam esse infirmam
 „Hæc fere omnia confirmavit Domi-
 „nus Baro Hoher, Aulæ Cancellarius
 „in sermone in conferentia exoritur
 „de revirescentia Veris meritorum
 „aliquid simile saltem hoc dixit: me
 „lapsum mihi non nociturum, & non
 „solum dandum esse præmium re-
 „sipientiæ, & obedientiæ moderatæ
 „sed etiam fore, ut post resipientiam
 „virginea & incontaminata Sereniorum
 „fides, & illustria merita tum familiæ
 „quam mea propria hæctenus lapsis
 „re-

„revirescant & præmium obtineant, sicut Sæc. XVII.

„Deus solet cum peccatoribus agere. A. C. 1670.

„Hæc & alia, quæ brevitatis causa

„omitto, pluribus verbis coram me ex-

„aggeravit dictus P. Forstall. Quare

„verbo ultro citroque dato, & stipulata

„utrinque manu filium meum & Char-

„tam biancam eidem assignavi, addens

„præterea, me paratum ad eos comi-

„tandum, siquidem si V. Cæs. Majestas

„jusserit; idem mihi oretenus Celsissi-

„mus Princeps de Lobkowitz, præfente

„Barone Hocher, cum ad audientiam

„ejus Viennæ admissus fuisset, pollici-

„tus est, dummodo tumultus Hungariæ

„Superioris meis literis componere ju-

„varem, quod & feci, datis ad Gene-

„rum literis, & Deus illorum animos

„ita emollivit, ut ad meas simplices

„litteras statim V. C. M. sese submitte-

„rent, statimque comitem de Staren-

„berg liberarent. Hæc, inquit Prin-

„ceps, Domine cognate, si effeceritis,

„promitto vobis sancte, totalem veniam,

„liberationem, gratiam suæ Majestatis

„pristinam, restitutionem bonorum in-

„integrum, honores, Officia, Gene-

„ralatum primum vacantem, in sum-

„ma, vos magnum adhuc virum efficiam.

„Qui norunt, quam exiguus fuerit exer-

„citus Majestatis Vestræ Cæsareæ, qui

„norunt, quod decem possunt illos pas-

H h 4

„sus

Sæc. XVII. „sus contra centum defendere, non ne
 A. C. 1670. „gabunt, me tantum meritum fecisse
 „istis literis, quantum rerum Hungari-
 „carum felicitis successus intererat Vestra
 „Cæsareæ Majestatis. In danda charta
 „bianca P. Forstall hæsi aliquantulum
 „ut verum fatear, cum in ea posset videri
 „ac necis sententia, necnon revocatio
 „factarum promissionum contineri
 „mirabar, quem in finem peteretur
 „sed cum P. Forstall replicasset, non esse
 „scrupulandum, quando cum Clemens-
 „tissimo Cæsare res est, Chartam bian-
 „cam peti in majorem confirmationem
 „& validationem promissorum: tum de
 „posita omni cunctatione, & formidina
 „eam tradidi. Postmodum quando P. For-
 „stall hic Viennæ ad meum colloquium
 „admissus est, inquisivi de mea charta
 „bianca, & quid in illa scriptum, re-
 „spondit, propria manu se in concilio
 „Principis subscripsisse in ea, quæ Prin-
 „ceps jussit, Principem autem nihil
 „aliud petiisse, quam ut me obligaret
 „ad suscipiendum præsidium Cæsareum
 „ad Viennam veniendum in personam
 „& ad denunciandum complices,
 „qui essent, quæ omnia jam a me facta
 „& præstita sunt. Si ergo Vestra Cæ-
 „sarea Majestas pro sua infinita Clemen-
 „tia nihil in me benignius statueret
 „velit, valere saltem debet ista charta
 „bianca

„bianca tanquam ultima resolutio, & Sæc. XVII.
 „conclusio Vestræ Majestatis Cæsareæ. A. C. 1670.

„Audio, posse hisce meis rationibus ap-
 „poni, quod forsitan P. Forstall pro suo
 „interesse excogitaverit, & commentus
 „sit illa verbosa promissa, item Prin-
 „cipis de Lobkowitz & Aulæ Cancellari-
 „rii verba non sufficere, nec teneri Cæsara-
 „rem ad omnia, quæ Ministri promit-
 „tunt adimplenda, denique per char-
 „tam biancam obligari me quidem,
 „non autem Cæsarem. At similes sub-
 „tilitates sunt pro Professoribus in scho-
 „lis, & vix inter honestos mercatores
 „practicantur, multo minus in Aula
 „Cæsarea, aut quando tractatur cum
 „Principe, Rege, Cæsare, P. Forstall
 „litteras credenciales habuit a Principe,
 „quibus ego fidem dare debui, si P.
 „Forstall male fecit, si erraverit, si li-
 „mites suæ jurisdictionis excesserit,
 „quod non credo, viderit ille, ipsius
 „error non debet mihi in damnum re-
 „putari, dum feci, quod debui. Egi
 „cum Principe de Lobkowitz, & Do-
 „mino Cancellario Aulæ, in quantum
 „personæ publicæ sunt, & Cæsarem
 „repræsentant, ejusdemque principa-
 „liores Ministri. Verbum igitur eorum,
 „mihi verbum Cæsaris est. Obligatio
 „pariter per chartam biancam mutua,
 „& reciproca est, ad quid aliàs Cæsar

Hh 5

„sola

Sæc. XVII. „sola illa puncta, non alia inscribi cur- „bi
 A. C. 1670. „ret chartæ biancæ, nisi cum iisdem „ri
 „contentus esse velit? similes subtile „ac
 „tates sternerent viam ad omnem „te
 „dem tollendam. Cæsarea aquila non „d
 „capit muscas, & Augustissima veritas „di
 „auguste amplianda, & favorabilis „q
 „glossanda, non ad subtilitatum ang- „co
 „stias coarctanda. Quod a verbo „n
 „dato ac venia, promissisque mihi factis „a
 „fortasse desint aliquæ formalitates „C
 „aut apices juris, in quibus nec „p
 „versatus, nec Reges aut Cæsares „n
 „quorum est jura facere, mutare, „p
 „corrigere, admodum curant, „r
 „profecto, qui sincere egi, præjudicia „b
 „esse non debent, & nullius rei potest „&
 „tuisse magis fertur Carolus V. & „p
 „nulla re magis taxatus, quam quod „r
 „ob Ministri sui Granvellani cavillatio- „u
 „nem, ambiguam reddere voluerit „l
 „niam factam Landgravio Hassiæ. Pre- „&
 „ter hæc consideret Clementissima „i
 „Majestas vestra, magnam partem „t
 „Catholicorum, & aliorum, qui hosti- „l
 „tatem exercuerunt, qui arma contra „a
 „Majestatem Vestram sumperunt, quod „C
 „rum etiam Majores forsitan deliquerunt „V
 „condonatum tamen esse, & restitutum „t
 „mihi vero Obedientia mea, fiducia „r
 „Cæsarea Clementia, mea & Avorum „C
 „fidelitas reportabit damnum? „bi

„bitque, quod ab hostilitate abstinue- Sæc. XVII.
rim, quod ad pedes V. C. Majestatis A. C. 1670.
„accurrerim tanquam ad asylum? illis
„temeritas sua & resistentia commo-
„dum referet, eruntque melioris con-
„ditionis, qui pejus fecerint, & ego
„qui cognitione, verbo & opere non
„contradixi, dicar tamen rebellis, ca-
„nam ergo cum Penelope: diruta sunt
„aliis, & nunc mihi Pergama restant?,
„Consideret etiam benignissima V.
„C. Majestas, quod nemo possit duplici
„pœna puniri, ego autem post pro-
„missa præmia tot tantasque patior
„pœnas, morte ipsa mihi longe gravio-
„res, in honore, fama, suppellectile,
„bonis, & libertate, in proscriptione,
„& diuturna hac captivitate sine ullo
„prorsus solatio, ut vel possim meas
„rationes V. C. Majest. proponere, aut
„ullum peritum de statu meo consu-
„lere, & non ego tantum patior, sed
„& tota mea familia domestica, & binæ
„innocentissimæ proles, filius, qui ob
„teneritudinem sui affectus erga Cæs.
„Majest. V. cum præsumptos rumores
„audivisset, præmio dignissimus esset,
„diu in captivitate hæsit, a studiis & a
„virtutum via impeditus. Patimur e-
„tiam contra jura Regni ac Patriæ
„nostræ a Maj. V. C. sancte confirmata,
„quæ statuunt, ut nemo captivetur,
„nullius

Sæc. XVII. „nullius bona confiscentur, nulla deinde
 A. C. 1670. „que executio fiat, nulla poena infli-
 „gatur, nisi legitime citatus, & con-
 „demnatus fuerit, auditis suis ratio-
 „bus & defensionibus, statuunt præ-
 „terea eædem leges, ne filius pote-
 „iniquitatem Patris, ut familia non
 „privetur avitis bonis, & possessioni-
 „bus, ob delictum unius, & omnia
 „hactenus experti sumus, & nobiscum
 „incipitur ab executione, confiscatio-
 „ne: sic leges, qui profuere aliis, in-
 „favere cessant, qui diuturnitate filii
 „& servitorum superiorem habent nu-
 „lum, aut certe paucos pares. Dignu-
 „tur V. C. Majestas gratiose sese reli-
 „vere, quod ad leges imperiales ac ab-
 „rum provinciarum nos non teneamus
 „Vestra C. Maj. autem ad Hungaria
 „sefe benigne obligaverit, & secundum
 „has æquum sit, ut causa decidatur
 „perque homines earum peritus
 „quando de jure agitur. His tamen
 „omnibus, si ita placet, prætermittis
 „solam Clementiam Austriacam appella-
 „Domus Vestra cum Clementia nunc
 „est, cum Clementia adolevit, & con-
 „firmata est, & nonnisi extincta Cle-
 „mentia mori aut extingui poterit: in
 „totis annalibus Austriacis hodie
 „severitatis exemplum vel unicum
 „exstat, quo primus lapsus, si ita ap-
 „pellatur

„pellare lubeat, familiæ benemeritæ Sæc. XVII.
 „(primum voco lapsum; nam delicta, A. C. 1670.
 „quæ non probantur, aut sententian-
 „tur, inter lapsus non numerantur) fa-
 „milix inquam, quæ pro Austriacis tot
 „seculis vigilantissime excubavit, san-
 „guinem suum prodige pro iis effudit,
 „stupenda pro iis patravit, monstrum
 „fidei & constantiæ erga Austriacos in-
 „ter tot procellas exstitit, nulla exer-
 „cita hostilitate, ultro comparens, po-
 „tens fugere & diggredi, habitis tot
 „splendidis promissis, tam terribiliter
 „plectatur ad arbitrium & falsam dela-
 „tionem aliquorum æmulorum & pau-
 „carum quarundam familiarum ex
 „Carniola, Styria, & Croatia, nostris
 „bonis & Sedibus insidiantium, quo-
 „rum merita, & heroica gesta, si quæ
 „sunt, ego suggillare nolo. E contra
 „quamplurima exstant exempla, ubi
 „infestissimi hostes ex semine etiam re-
 „bellium post illata ingentia damna,
 „vi aut justo bello capti, a Clementia
 „Austriaca non solum venia donati,
 „& in integrum restituti fuerunt, sed
 „etiam divitiis & honoribus aucti.”

*Regia, crede mihi, res est suc-
 currere lapsis.*

„Bene norunt hoc mei æmuli, quod
 „nos diu multumque sudavimus, excu-
 „bavi-

Sæc. XVII. „bavimus, pro Styria, Carniola & „ré
 A. C. 1670. „Croatia defendendis, Seriniisque „ru
 „gilantibus, poterant ii secure quiesce „ge
 „re; ut vetera exempla omittam, mo „re
 „derna produco. Sexto abhinc an „qu
 „devorassent Tartari Styriam, si me „gu
 „frater jam non conservasset, Mur „A
 „undis; Rinkchick, alias Zokolok Bo „vo
 „Carniolam & Croatiam in cineres „st
 „degisset, nisi ego derelictus quidem „m
 „generali Auerspergio, qui securitas „te
 „ergo, Labacum se contulit, Turca „in
 „profligassem, capto fratre ipsius Bo „si
 „Jam autem in præmium laborum, „A
 „tesseram gratitudinis suadent, ut si „cu
 „pitis eradicemur, ut alio transpla „de
 „temur, ut illi nostra bona, quæ multo „si
 „nobis sanguine constiterunt, occupent „er
 „& possideant; prodeat in medium qu „su
 „cunque illorum, qui audeat cum re „de
 „ritate promittere, se suosque præ „ri
 „turos Domui Austriacæ aut Christi „in
 „nitati, plus quam Serinii præstiterunt „in
 „æqua fide & constantia melius qu „no
 „domituros immanem illum hostem „in
 „lubens suæ prætensionis suffragium „S
 „addam; si autem nemo est, qui „ul
 „præstare præsumat; si nostro munere „in
 „ad stuporem eorum, qui historias „su
 „gunt, satisfacimus, cur non memore „M
 „mur illud continuare, avita bona pro „of
 „fidere plus quam alii? cur non debet „re

Sæc. XVII.
A.C. 1670.

„rēt potius averruncatæ arbores ite-
 „rum plantari & rigari, ut radices fi-
 „gerent, & denuo similem fructum fer-
 „rent? dabitur forte adhuc occasio,
 „qua licebit monstrare, quis sui san-
 „guinis profusior sit in servitio domus
 „Austriacæ? faxit Deus, ut eo fer-
 „vore, quo jam accurrunt ad bona no-
 „stra, tunc omnes certemus, curra-
 „mus ad confligendum hostem. Poten-
 „ter se exercuit hætenus contra nos
 „invidia, jam foret tempus, ut cessaret,
 „si ratione & virtute contentaretur:
 „At ea est invidiæ conditio, (ut ac-
 „curate notat Savedra) ut non ante
 „desinat, quam æmulum ad extremam,
 „si ita possit, detruferit miseriam. Sol
 „enim umbras non facit, quam diu in
 „supremo consistit vertice, ut quando
 „declinat, tum crescunt illæ, & por-
 „riguntur longius; sic etiam prorsus
 „invidia majori propellit impetu, qui
 „in ruinam jam pronus est, aut labi
 „incipit, & quoniam illa plerumque
 „non nisi pusillanimes occupat, semper
 „in metu est, ne rursus sese erigant.
 „Si tamen isti aut alii quicumque timent
 „ultionem, iram vel vindictam a me
 „in illos exercendam, ut spargitur,
 „suadentque propterea Vestræ Cæs.
 „Majest. ne restituar in bona, Patriam
 „officium & libertatem; esto sit frivo-
 „lus

Sæc. XVII. „lus ille timor, & excusatio, quæ
 A. C. 1670. „nem justitiam pessumdaret, libere

„tamen cautionem quamcumque,
 „fidei iussionem dabo, & quamcumque
 „que compositionem imaginabilem con
 „iis inibo: contra omnia mala excepta
 „morte, potest inveniri remedium,
 „ego a Deo non peto, mihi dimittite
 „peccata, si Christiane iis non ignoscatis
 „omnes injurias, ita, ut nec recordari
 „earum optarem. „

„Quibus omnibus perpensis, humiliter
 „supplico Majestati Vestræ Cæsareæ,
 „se ad statum sibi naturalem reducat
 „nignitatis scilicet & Clementiæ,
 „tam nostrorum Servorum fidelium
 „quam suorum promissorum, & faciat
 „verbi memor, misericordes oculos
 „me convertat, & non inurat notam
 „miliæ nigram semper sibi fidelissimam
 „quæ nullum unquam scivit necesse
 „admittere. Efflictim autem rogo,
 „mihi libertatem interim concedere,
 „qua causam meam defendere, & me
 „ram viris legum nostrarum peritis
 „tionesque meas proponere, & me
 „placandi V. C. Maj. invenire valeam
 „cæterasque gratias largiri mihi
 „gravetur, quas in hoc statu remanere
 „V. C. Majestas scit esse mihi necessarias,
 „rias, quam Deus diu multumque

„servet, ut optat Vestræ Cæsareæ Sæc. XVII.
„Majestati., „ A. C. 1670.

*Humillimus Orator,
Comes Petrus a Zrin.*

Hac vero apologia Serinius causam suam adeo tuitus non est, ut illam quoque intempestivis aliorum accusationibus pejorem redderet, nec magis reo profuit importuna Uxoris suæ deprecatio; cum enim Francipanius sine omni ambiguitate crimen suum fateretur, ac Serini molimina, scripta, ac literas Judicibus traderet, his convictus Serinius omnia, quæ antea inficiatus erat, fassus est, atque Aulæ Ministros antea acriter a se perstrictos, uxorem, amicos, superos & inferos in sui commiserationem flectere satagebat. demum vero ad solam Cæsaris clementiam provocabat.

§. XI.

*Nadastrus Comes per proprias literas
convictus.*

Post hæc Tattenbachius Comes primo *Theatr. Europ. tom. 10.*
examine subjectus, ultro non unam *pag. 260.*
se mortem promeruisse fassus, a Deo, *Diar. Europ. tom. 23.*
Cæsare, ac Græciensi Magistratu, ci- *pag. 650.*
vibusque veniam precabatur, iterato
Hist. Eccles. Tom. LXIII. I i in-

Sæc. XVII. ingemiscens, quod sanctissima Provin-
A. C. 1670. ciæ Græciensis Templâ, ac religioni

Turcis prodere, avitis urbem possessio-
 nibus dejicere, incendiis involvere,
 & incolâs crudelissimæ cædi destinâ-
 molitus esset: nihilominus aut com-
 ratorum opæ, aut propria industria,
 certum, e custodia sua dilapsus est
 paulopost tamen e fuga retractus.

Interim negat, pernegat Nadafin
 se quicquam in vitam Cæsaris, Imp-
 riumque unquam tentasse, simulâ
 velut integris adhuc rebus fidenter
 ut jus sibi diceretur, petit, eoquod
 terius criminis postulari non posset,
 quod a Ragotzio deterritus, ne
 rebellium consilia Murani agitata
 illico manifestasset: postquam vero
 dices eidem binas literas, ab ipsomet
 Ragotsum & Ottomanos scriptas,
 dudum incassum multo ære a Rag-
 Matre eblandiri conabatur, præter
 rorum confessiones ob oculos posita
 tunc in gemitus & lacrimas effusa
 se læsæ Majestatis reum inculcâ-
 omnique sui defensionis renuntia-
 nonnisi Cæsaris clementiam imp-
 rabat, cujus obtinendæ ratio
 Leopoldo proponi, filios suos
 testabatur, datis ad eos hilce
 teris :

„Heri Aulæ Cancellarius huc ve-
 „niens ad examen me evocavit, rogavi Sæc. XVII.
A. C. 1670.
 „eum pro facultate scribendi, quod &
 „concessit. Has igitur literas tanquam
 „majori Domino filio meo ita inscribo,
 „ut non gravetur cum aliis duobus
 „confidenter communicare eas, illique
 „has ita accipiant, quasi suis domina-
 „tionibus singillatim scripisssem, quod
 „facere me minime piguisset, sed judi-
 „cavi multa scriptione me posse ali-
 „quam indignationem incurrere.,

„Deprehendi manifeste jam in se-
 „cundo meo examine, quod in res
 „meas ita inquiratur, ut de illis judi-
 „cialiter respondeam, ac exinde rerum
 „mearum finem præstoler.,

„Licet etiam in primo meo exa-
 „mine absolute me resolverim, quod
 „nolim me immittere in iudicium cum
 „Clementissimo Principe meo, quin
 „imo Principi Lobkovich suæ Cellitu-
 „dini primis captivitatis meæ diebus
 „supplicavi, ne sua Majestas me in ju-
 „diciam trahat. Nihilominus tamen
 „heri iterato examinatus humillime
 „significavi, me nullo modo velle ul-
 „lum processum inire, nec ullo scripto
 „excusatorio purgare, verum totum
 „me Clementissimi Domini & Principis
 „gratiæ committo, & capite meo ejus

Sæc. XVII. „clementiam imploro. Atque hinc
 A. C. 1670. „est, quod petierim facultatem vestra-

„minationi scribendæ: ostendant itaque
 „semper sincere cognitam filialem erga
 „me affectionem, & unacum duobus
 „filiis meis supplicent, fatigent se,
 „laborent pro me, ut gratiam apud
 „suam Majestatem mihi impetrent, ut
 „parcant huic labori, pro quo Deus
 „optimus millies erit remunerator.

„Si quidem Sapientissimus Saba-
 „mon ait: *Patientia lenietur Præ-*
 „*sertim, & lingua molis confringet duritiam,*
 „eo facilius moveatur ad misericordiam,
 „ac in seipso, domoque Austriaca im-
 „tam Clementiam Dominus meus Sa-
 „mentissimus flectatur: hoc scriptum
 „meum, & si quid aliud ad leniendam
 „occurrit pro sapienti suo iudicio, in
 „Majestatis clementissimæ gratiæ pro-
 „riant. Et primo quidem communi-
 „cabo id, (ac cum Deo meo testificor,
 „cui occulta omnia patent,
 „cujus nomen in vanum assumere non
 „quod etiamsi ab omnibus judicialiter
 „me liberare & explicare possem, im-
 „lim tamen me suæ Majestatis gratiæ
 „committere, quam excusationem pro-
 „tendere, ut totus Mundus videtur
 „convenientius esse, quod ego pro re-
 „habear, quam ut judicer, me imman-

„tam pati. Dicam quoque cum Divo Sæc. XVII.
 „Jobo: qui etiamsi habuero quidpiam ju- A. C. 1670.
 „sum, non respondebo, sed meum judicem
 „deprecabor.“

„Secundo. Moveat suam Majesta-
 „tem ad Clementiam illud, quod Ca-
 „put meum pedibus ejus subjecerim,
 „& delictum meum viva voce aperue-
 „rim, ac velut a dulcissimo Parente ac
 „Domino meo gratiam expetierim, at-
 „que omnino arbitrabar me eam ade-
 „ptum, præsertim, quod post hoc meum
 „factum plures suæ Majestatis, eosque
 „Clementissimos favores acceperim.“

„Certus sum etiam, quod in rei
 „substantia nihil omnino celaverim, cum
 „quibuscunque aliquam majoris mo-
 „menti correspondentiam habui, ve-
 „rum ut omnes etiam rerum minutio-
 „res circumstantias, ac interessatorum
 „scriptitatuunculas referre potuissem,
 „erat impossibile, quia etiamsi hodie
 „hac exactissima rerum manifestatione
 „Regnum cælorum adipisci possem,
 „non valerem, ita oblitus sum eorum,
 „nam prope duo sunt anni, a quo me
 „abstraxerim ab illis.“

„Tertio emolliat suæ Majestatis
 „pectus Clementissimum & illud, quod,
 „quamdiu ego rerum istarum secun-
 „dam aliquid conscius fui (quia om-
 „nium horum Vesseleniana Palatinissa
 li 3 „mo-

Sæc. XVII. „motrix est) ne minimum contra sum
 A. C. 1670. „Majestatem istæ intentiones progres-
 „sum habuerint. „

„Ego etiam ullius novæ Conspir-
 „tionis, aut concitationis Author
 „fui, minus effectuavi tale quidpiam
 „quin imo impedivi, in quantum
 „pedire potui, atque hinc factum, quod
 „me adversarii excluderint, videmus
 „per me nullum progressum res eorum
 „habere posse. Unde & Calvinus
 „ille Ladislaus Fay fassus est, ut
 „nonnulli benevoli significarunt, quod
 „statuerint, me ac eos, quos amicos
 „meos esse arbitrabantur, nimirum
 „DD. Tökeli & Petroczii, quam
 „mum ad arma deventum fuerit, ab
 „e medio tollere, si itaque ego
 „mæ illorum intentionis juxta quædam
 „eorumdem incensor fuisset, non
 „exclusissent ex cætu suo, nec tan-
 „pere contra me egissent. „

„Quarto ex literis meis intercep-
 „ac revisis prope ab adolescentia
 „actam vitam meam videre potest
 „Majestas, ac manifeste deprehendit
 „me in similibus nunquam fuisse oc-
 „patum, atque in hac etiam misere-
 „de qua arguor, nihil aliud querere
 „quam maledictum Palatinatum, quod
 „adepto credebam me omnia redimere
 „graturum, ac etiam gratias

„adepturum non solum per rerum ista-
 „rum manifestationem, verum etiam Sæc. XVII:
 A. C. 1670.
 „per earundem extinctionem.,,

„Quinto respiciat sua Majestas igno-
 „miniosam meam comprehensionem, ac
 „lamentabilem captivitatem, quam in
 „multis exteris partibus bonum nomen
 „ac fama mea per hoc sepulta sit, ita
 „ut me vivum jam mortuum censere
 „possim, & non tantum meum nomen,
 „verum antiquæ beneque radicatæ fa-
 „milix ac gentis meæ gloriosæ suis
 „meritis & factis a multis annis com-
 „paratum decus & gloria uno quasi
 „momento obtenebrata sint.,,

„Sexto moveatur cor suæ Majest.
 „intuendo miseras ac innocentes, non-
 „dumque educatas proles meas, quæ
 „nullius facinoris sunt reæ, imo & af-
 „flictarum mearum filiarum propediem
 „excrecentium omnis felicitas conci-
 „dit. Majorenes filii mei vehemen-
 „ter metuo, ne animo & corpore dam-
 „nificentur, adepti præmaturam liber-
 „tatem, quos ego duriori educatione
 „continui in timore, quod alii vix eis
 „præstabant, licet non dubitem, a
 „vestris DD. eos bonis monitis adju-
 „vandos, verum maturum judicium
 „sacræ admonitiones requirunt.,,

„Septimo recogitet sua Majest. Ma-
 „jorum meorum fidelia & utilia obse-
 „quia

Sæc. XVII. „quia, ipse etiam nunquam fui inobediens
 A. C. 1670. „diens servus suæ Majest. nec ullis

„sumptibus aut laboribus peperci. Et
 „deliter equidem servivi, & si feliciter
 „fuissem, ac propter malevolorum ob-
 „treccationes majorem fidem habu-
 „sem, sincero corde desideravi fide-
 „sime servire. „

„Octavo, contra quem ostendit
 „tentiam suam Majestas sua? hic
 „rum cum Jobo dicere possum, *con-*
 „folium, quod vento rapitur, ostendit
 „tentiam tuam, & stipulam siccam per-
 „queris. Dignetur sua Majestas
 „mentissimo osulo relegere triginta
 „prima Augusti, quantum mem-
 „datas meas, dum adhuc liber es-
 „qualiter me clementiæ suæ Maj-
 „submisi, quod & nunc facio, etiam
 „in tenebris mortis me collocaverit
 „Majestas, & tunc me Clementiæ
 „resigno. Ac ne prolixiori meo ser-
 „sim importunus, adjicio pro clausu-
 „illud, quod sacræ literæ de princ-
 „bus loquuntur, dum scilicet Princ-
 „dii compellantur, sua Majest. est
 „principes omnes dignitate prin-
 „adeoque & propinquior æterno De-
 „super cujus omnia opera est mis-
 „cordia, teste propheta David dice-
 „*Misericordia ejus super omnia opera*
 „& ubi majus est delictum, illa etiam

„*rius est misericordia.* Fateor equidem Sæc. XVII.
 „magnum esse delictum meum, quia A. C. 1670.
 „peccavi contra maximum Dominum

„totius mundi, confido tamen in mise-
 „ricordia ejus, si quidem non ex præ-
 „sumptione operatus sum, verum in-
 „sipienti meo sensui plus nimio credens
 „sperabam, me rem ita gubernaturum,
 „ut non tantum nihil mali inde eveniat,
 „verum quod jam supra memoratam
 „intentionem meam sim assecuturus,
 „magnam gratiam adepturus, & quia
 „hunc eo modo habere non potui,
 „precor, ut per vestrarum Dominatio-
 „num intercessionem habeam.

„Non graventur Vestræ Domina-
 „tiones apud suam Celsitudinem prin-
 „cipem Lobkowitz pro me intercedere,
 „ut tanquam Benignissimus Princeps
 „sit meus Patronus, & gratiam, quam
 „mihi præstabit, Deus optimus millies
 „sux Celsitudini rependet. Apud re-
 „liquos intimos Ministros Vestræ Do-
 „minationes quoque agant, ac inter-
 „cedant, rogo. Hunc ego laborem af-
 „flictione & amaritudine pene consum-
 „ptus miserabilis homo nunquam potero
 „refarcire, verum Deus erit liberalissi-
 „mus Remunerator. Metuo autem, ne
 „ob hanc meam afflictionem animæ
 „meæ detrimentum patiar, etenim
 „qualitercunque me componam, ac
 „cuncta

Sæc. XVII. „cuncta ex animo rejiciam, nihil me
 A. C. 1670. „juvat, nec Deo meo, uti deberem,
 „servire possum: sentio etiam intra me-
 „ipsum, quod dies resolutionis meæ
 „instet, nec multum prolongabo dies
 „vitæ meæ, utinam a Deo tantum tem-
 „poris impetrem, ut pacata mente me
 „possim parare ad bonam mortem, De-
 „commendo vestras Dominationes et
 „maneo. *Ex Domo Captivitatis mea*
domo provinciali 14 Novembr. 1670. p.
 „cero corde deprecans parens

FRANCISCUS Nader

§. XII.

Mortis sententia in reos propoſita

Demum Delegati Judices nullo ce-
 cepto omnes quatuor hosce Nob-
 les, pronuntiata sententia, neci ad-
 dicarunt, eamque suis sigillis munitam
 per Præsidentem Cæsari tradiderunt. Hi
 vero illam secretiori Consilio exami-
 nandam commisit: cuncta prorsus verba
 ipsemet Imperator maturo iudicio per-
 derabat, nec tamen his contentus, sed
 super ipsum hoc secretioris Senatus iu-
 dicium, Deputatorum acta, lata
 que sententiam in numeroſo Aula
 Consilii confessu prælegi, & discuti
 iussit, ad exteras quoque Academi-
 „lugol

Ingolstadiensem, Tubinganam, & Lip-Sæc. XVII.
 siensem, necnon ad Spirense Tribunal A. C. 1670.
 totius causæ tabulas deferri voluit, ut
 malignos, quos passim Protestantes
 spargebant, rumores dissiparet, perinde
 acsi nonnisi captivorum divitiæ, &
 Sectariorum in Hungaria oppressiones
 sub rebellionis obtentu quærerentur:
 Invaluerant quoque Romæ in plebe
 ejusmodi suspiciones, adeo, ut ipsemet
 Pontifex vel Hungarorum precibus,
 vel aliorum errore inductus, datis ad
 Cæsarem literis pro innocuis alienæ
 invidiæ victimis deprecaretur, præ-
 fertim vero pro Serinio & Nadaftio, de
 Republica Christiana contra Turcas &
 Sectarios optime meritis. Perlecta
 hac Clementis X. epistola, Leopoldus
 Pontifici propriis reorum confessioni-
 bus ad eundem transmissis satisfecit.

§. XIII.

*Mortis sententia in Nadaftium, cete-
 rosque reos Proceres pro-
 mulgata.*

Quamvis omnium Judicum & Aca-
 demiarum judicio quatuor hi No-
 biles morti fuissent adjudicati, dudum
 tamen Clementissimus Imperator Leo-
 poldus ferali sententiæ subscribere ter-
 giversabatur; urgebant vero reniten-
 tem

*Rinck p. 654.
 & seqq.
 Lunig Cod.
 Germ. Dipl.
 t. 1. p. 1559.*

Sæc. XVII. tem Aulicorum fidelissimi, Imperique
 A. C. 1670. Principes, eidem exponentes, ejus-
 modi clementiam fore crudelem, ubi
 tam atrocis delicti impunitate rebel-
 lium audacia provocatur, & regni sa-
 lus, ac innocens plurimorum sanguis
 intempestivæ pietati immolatur. His
 rationibus devictus Imperator, die ve-
 gesima quinta Aprilis mortis senten-
 tiam reis denuntiari jussit, ut ven-
 ex criminum atrocitate justitia sup-
 plicii eluceat, haud incongruum erit
 totum sententiæ tenorem expromere,
 quæ erat hæc:

„Post demandatam a sacra Cæsa-
 „rea, Regiæque Hungariæ ac Bohem-
 „miæ Majestate, contra hæreditarios
 „suos subjectos Franciscum Nadastium,
 „Petrum a Zrin, Franciscum Christo-
 „phorum Frangipanium, & Joannem
 „Erasmus Tattenbach in causa Re-
 „bellionis, & Perduellionis inquisiti-
 „nem; & celebratum, deductum, con-
 „clusum, & ordine collatum crimina-
 „lem processum latæ. Postquam N. A.
 „vel Clementer mitique examini se-
 „pius subjectus sponte confessus est
 „vel per alia in judicio inquisitionis
 „scripturarum instrumenta, ac deposita
 „contra eum testimonia sufficienter
 „convictus, quod oblitus omnium,
 „quæ a S. Cæsarea Majestate ejusdem

„que antecessoribus accepit, benefi- Sæc. XVII.
 „ciorum, honorum, ac Dignitatum, A. C. 1670.
 „aliarumque eminentium gratiarum,
 „immemor quoque præstiti a se jura-
 „menti & obligationis per detestandam
 „ambitionem, execrandamque teme-
 „ritatem, gloriæ & vindictæ cupidi-
 „tatem, læsæ Majestatis crimen se-
 „quentibus punctis incurrerit.„

§. XIV.

Nadastii Crimina.

Quod cum diversis damnata legibus,
 „& ut eventus docuit, suo legi-
 „timo Regi ac naturali Domino Augu-
 „stissimo Imperatori Hungariæ, Bo-
 „hemæque Regi nostro Clementissimo
 „Principi summe perniciofa fœdera ini-
 „verit, ad obligationem contra ean-
 „dem Cæsaream Regiamque Majesta-
 „tem cooperatus sit; & regnum exter-
 „næ potestati ac protectioni subdicere
 „quæsi-verit, dicta fœdera (licet irritò)
 „ac supremæ Dei Majestati summe in-
 „jurioso juramento firmaverit, alios-
 „que plures ad hoc crimen induxerit:
 „ideoque clandestinis conventiculis
 „vel præsens ipse, vel per alios adfue-
 „rit, & ut sibi nobilium & Comitatum
 „animos ad promovenda detestabilis
 „suxæ ambitionis consilia devinciret,
 „nihil

sæc. XVII. „nihil intentatum reliquerit, inlup
 A. C. 1670. „etiam qua ratione Hungariæ Regnum
 „invadendum, qui in captivitatem tra
 „hendi, qui bonis spoliandi forent
 „cum aliis una deliberaverit, & contra
 „personam suæ Augustissimæ Majestatis,
 „tis, conceptam designationem nã
 „quam manifestaverit, donec eadem
 „Cæsarea Majestas alia via ad rei tu
 „nefarie cognitionem pervenerit. Ves
 „darium arcanas suæ Majestatis ma
 „tiorum literas deferentem spoliaverit
 „litteras reseraverit, legerit, ac
 „presserit. Cusum argentum, quod
 „ex montanis civitatibus ad suam
 „jestatem devehebatur, per certos
 „hoc facinus deputatos in publica
 „intercipere decreverit, omniaque
 „id exequendum disposuerit, gratia
 „mum juxta & arcanissimum in con
 „hib status (cui præfens aderat) pe
 „tractatum negotium suis perfidie con
 „plicibus in dictæ suæ Majestatis dete
 „mentum aperuerit, ulteriusque dis
 „gandum suaserit: tollendæ e
 „innocentis personæ consilium dede
 „detestandam orationem, qua quatuor
 „Regni Hungariæ Ordines ad rebel
 „nem concitentur, conscripserit.
 „plura ejus generis, quæ ex actis
 „processu elucent, enormia, & es
 „cranda facinora perpetraverit, quæ

„ipse confessus est, & per ei exhibita, Sæc. XVII.
 „ab eo recognita, cum actis asservata, A. C. 1670.
 „scripta, convictus, quæque ipse a se
 „nec negari, nec excusari posse, altero
 „& sæpius est contestatus.”

§. XV.

Accusationum capita adversus Serenium probata.

Quod cum aliis in damnatum legibus
 „bus fœdus, in perniciem, &
 „contra suum Unctum naturalem, &
 „legitimum Regem & principem, Augustissimum Romanorum Imperatorem, Hungariæ Bohemiæque Regem nostrum Clementissimum Dominum conspiraverit, imo etiam post impetratam veniam novas machinationes conflaverit, & ad effectum meditatæ rebellionis consequendum, diversos extra Regnum ablegaverit, nihilque quod potuit, intentatum reliquerit; insuper Schakathurnæ contra advenientem Cæsareum exercitum tormenta bellica per valla & propugnacula disposuerit, ac spèciales excubias contra Germanos Christianos ordinaverit: suas machinationes in superiorem Hungariam extenderit, eas fovit, & laudaverit, & ad promovenda suæ detestabilis ambitionis
 „con-

Sæc. XVII. „consilia plures alios concitaverit, &
A. C. 1670. „sibi devinxerit, Francisco Frangipane
 „gio (postquam ei damnanda sua, ad
 „sui suæque familiæ exaltationem su-
 „scepta consilia, & molitiones, factis-
 „que eum in finem ultteriores ablega-
 „tiones, & speratum inde ad votum
 „effectum gestiente animo aperuisse
 „directoris partes ad complenda sua
 „iniquitatis desideria imposuerit, &
 „post junctis cum eo viribus Sacra-
 „Cæsar. Majest. hæreditaria Regna &
 „provincias miserandum, & barbarum
 „in modum aggredi, devastare, ac ex-
 „terno dominatui subicere, non con-
 „stituerit tantum, sed opere ipso
 „gressus sit: eum in finem a diversis
 „nominatim a Turcis, vetita pecunia-
 „militisque auxilia per ablegatos sol-
 „citaverit, eademque etiam a quocumque
 „suæ sacræ Cæs. Majestatis bellico
 „ciali petiverit, atque illum in sua
 „partes pertraxerit: Capronzam, quæ
 „est Christianitatis propugnaculum,
 „suæ Cæs. Majestatis obedientia & de-
 „votione in suam redigere confici-
 „prætextibus sollicitè laboraverit. In
 „habitu mense Martio anni 1670. Ne-
 „folii Commissionis conventum ad quæ-
 „dam e præcipuis literas dederit, esse
 „que non tantum ab ineunda concu-
 „dia dehortatus sit, sed etiam concu-
 „tavit

„taverit, & impio sui animi decreto Sæc. XVII.
 „clare detecto, qua potuit vehementia, A. C. 1670.
 „ad sumenda arma, paremque contra
 „suam Cæs. Majest. rebellionem com-
 „moverit; ut his excitati complices re-
 „ipsa apprehenderint arma, omne ho-
 „militatis genus exercuerint, & inno-
 „centem sanguinem profuderint: præ-
 „terea Vallachos, & putatitium eo-
 „rum Episcopum in foedus trahere sæ-
 „pius ardentemque connisus sit: Insuper
 „delectum hominem cum infami &
 „calumniosissima instructione contra
 „ipsam sacræ Cæsareæ Majestatis Au-
 „gustissimam personam, serenissimam
 „ejus Archidomum, ac gloriosissimam
 „gubernationem ad certum locum ab-
 „legaverit, & plura ejus generis, quæ
 „ex actis & processu elucent, enormia,
 „& execranda facinora perpetraverit;
 „quorum ille partim per sua chiro-
 „grapha, partim per suam ipsius con-
 „fessionem & per alias in actis adductas
 „probationes convictus est, quæque
 „ipse, quamquam ad defensionem ad-
 „missus fuerit, nullo a se fundamento
 „negari, aut excusari posse, sæpius est
 „contestatus. Cum ergo dictus Zri-
 „nius omnia enumerata gravissima sce-
 „lera & plurimis modis perpetratum
 „læsæ Majestatis ac perduellionis cri-
 „men in sibi, ex pura suæ Cæsareæ
Hist. Eccles. Tom. LXIII. K k Ma-

Sæc. XVII. „Majestatis gratia concessio nunc de
 A.C. 1670. „mum terminato, & legitime collato
 „purgationis processu nec diluerit nec
 „diluire poterit, &c. „

§. XVI.

Frangipanii Comitis delicta.

I. Quod notas sibi matureque per
 „spectas, quas Petrus Zrinias
 „cum Turca, aliisque conflat, re
 „bellionis machinas non detexerit
 „quin se arctissime obligaverit ad eas
 „secreto habendas, & assumendam
 „gerendamque Zrinii potestatem, dum
 „ab eo totius rebellionis director
 „stitueretur. „

II. „Quod sub diem nonum Martii
 „anno Christi millesimo sexcentesimo
 „septuagesimo ex Novogrado damna
 „das ad centurionem Schollnitfch
 „teras dederit, in gravem Cæsareorum
 „armorum, totiusque Germanicæ
 „tionis contemptum, unaque suæ per
 „fidie adversus Clementissimum Imperatorem
 „Dominum consilia aperuerit, & via
 „modosque sollicitè quæsierit Zrinias
 „nas machinationes ad exitum
 „ducendi. „

III. „Quod aperte tentaverit per
 „dere Zagrabiensi civitati, & aliis
 „Ecclesiasticis, quam sæcularibus

„tiæ ordinibus, ac subditis, ut in ean- Sæc. XVII.
dem venirent cum Zrinio conspiratio- A. C. 1670.

„nem, ad eamque manutenendam pa-
„ratum adduxerit ducentorum millium
„præsidium eidem urbi imponendum.,,

IV. „Quod Cæsareani militis anno-
„nam, quæ secundo Savo ad Petrinæ
„confinia devehebatur, interceperit,
„& adduxerit.,,

V. „Quod diversos in Turcam able-
„gatos miserit, qui vetita auxilia sol-
„licitarent.,,

VI. „Vallachos & putatitium eorum
„Episcopum tentaverit ad parem a sa-
„cra Cæsarea Majestate defectionem,
„& ad Zrinii partes accessum.,,

VII. „Quod quamdam a se cum aliis
„congestam in italicum idioma trans-
„latam, detestandam, inauditis & exe-
„crandis calumniis plenam instructio-
„nem, contra ipsam Augustissimam
„sacræ Majestatis personam ad certum
„locum transmiserit, & plura ejus ge-
„neris facinora perpetraverit.,,

§. XVII.

*Crimina Tattenbachii in Judicio
comprobata.*

Quod Schakaturæ Anno 1667. nono
„idus Septemb. cum Petro Ziri-
„nio, in certam & in damnum, ad-
„versus-

Kk 2

Sæc. XVII „versusque Unctum suum, naturalem,
A.C. 1670 „legitimumque Regem ac Dominum
 „Romano - Cæsaream nec non & Hungaricæ, Bohemiæque Regiam Majestatem, assenserit con-
 „spirationem summam, prohibitam animo deliberato post quatuordecim
 „dierum deliberandi inducias, tum in consultationes variorum
 „Prætorum, bellum contra suam Cæsaream Majest. concernentium ingressus, et
 „Zrinio ope consilioque adfuerit, et per Græcio, Rackersburg & Petrus
 „obruendis: Cæsareas Zrinio adversarias, quidquid earum rimari valeret
 „resolutiones manifestarit, insuper in sacramento sese obstrinxerit, ejus
 „posse & nosse, conatus promoveret, Item quod quidem bonam plenam
 „pactam per ipsummet Zrinium habuerit, et talem pactam per palatinum
 „Wendelium, Nadasti, Zrini, aliosque mandatorum fœderum socios, ea tamen
 „conditione, ut non ruerit nunquam. Denique compertum est, quod
 „alia apud acta & criminalem processum exstantia prægrandia patrum
 „delicta. „

§. XVIII.

Supplicium in reos decretum.

Ideo per delegatum in hac causa „præmemorata Cæsarea Majest.

„judicium, post maturam omnium scri- Sæc. XVII.
 „ptorum ac instrumentorum considera- A. C. 1679.
 „tionem, volente sua Majestate justitiæ
 „cursum non impediri, sententia lata
 „est, decretumque N. N. ob læsæ Maj.
 „crimen honoris, vitæ & fortunarum
 „reus esto, hinc honoris omnis ac
 „dignitatis jure privator; bona fisco
 „Regio addicuntur, ejus persona Car-
 „nifici subjicitor, ab hoc ei dextra ma-
 „nus, caputque amputentur, & a
 „vita ad mortem transmittatur. Hoc
 „illi in meritam pœnam, aliis in terro-
 „rem, detestandumque exemplum esto,
 „publicatum Viennæ trigesima Aprilis
 „Anno Incarnationis Dominicæ mil-
 „lesimo sexcentesimo septuagesimo
 „primo.,,

§. XIX.

Rei nobilitatis gradu dejecti.

Triduo antea Austriæ inferioris Cu-
 ria hosce rebelles ignominia nota-
 tos e nobilium albo expunxit, pronun-
 tiata hac sententia : „Postquam N. N.
 „reus criminis perduellionis, & læsæ
 „Majest. in hodierno inferioris Austriæ
 „nobilium confessu pronuntiatus, &
 „tam ipse, quam ejus filii nobilitatis
 „characterè privatus degradationem
 „hanc, & ademptæ nobilitatis senten-
 „tiam

Kk 3

Sæc. XVII. „tiam ei denunciator præsentis decreti
 „A. C. 1670. „prælectione intimabit; actum qua
 „tione, quibus circumstantiis res uni
 „versa peracta sit, cum acclufione hu
 „jus ipsius decreti informabit. Actum
 „Viennæ in Nobilitatis palatio vige
 „ma septima Aprilis Anno millesimo
 „sexcentesimo septuagesimo primo.
 Die autem vigesima nona Aprilis præ
 tiffimus Imperator sententiæ severi
 tem ita temperabat, ut rebelles dæ
 taxat capite plecti, manum tam
 dexteram haud abscindi præciperet.

§. XX.

Nadaftii Comitis supplicium.

Diar. Eu-
rop. t. 22.
pag. 289.
Chavag.
Mem. p. 276.

ENIMVERO die vigesima sexta Aprilis
 Franciscus Comes Nadaftius ferat
 mortis nuntium generose excepit, &
 nas tamen literas ad Cæsarem ded
 quarum una criminis gravitatem re
 minuere nitebatur, altera vero mor
 supplicium in perpetui carceris poen
 commutari flagitabat, hæc perscribere
 „Quod infelix ego & indignus subdit
 „Majestatem Vestram sacratiffimam
 „hucusque meis submissiffimis precib
 „interpellare, & thronum gratiæ
 „adire intermiserim, verecundia
 „quitatis meæ arcebat; nec præsum
 „bam nudis orationibus, inops merito

rum indignationem justam Majestatis Sæc. XVII. A. C. 1670.
„Vestrae sacratissimæ magis in me irri-
„tare: feci id per alios debita humili-
„tate, præsumendo unice post Deum
„in terris a Majestate Vestra sacratissi-
„ma gratuitam, & pientissimam beni-
„gnissimis visceribus ejusdem innatam
„misericordiam, sed o me infelicem!
„*supergressæ sunt iniquitates caput meum:*
„nam horrendam sententiam mortis
„meæ ignominiosæ loco misericordiæ
„obtinuei. Clementissime & misericor-
„dissime Imperator, liceat mihi omni
„auxilio humano destituto hisce indi-
„gnissimis precibus coram Majestate
„Vestra sacratissima comparere & sup-
„plicare, quatenus dignetur piissimis
„suis oculis pauculas lineas, lacrimis
„meis asperfas legere & admittere. Vi-
„ces Dei in terris Majestas Vestra sa-
„cratissima agit, *divina justitia juxta*
„S. Augustinum *ordinavit pœnam, aman-*
„*tibus culpam,* & S. David inquit, *mi-*
„*sericordiam & justitiam cantabo Domino,*
„cum itaque judicium mihi pœnam
„merenti factum sit, fiat & misericor-
„dia abominanti, & non moriar per
„gladium, moriar per misericordiam
„Vestrae Majestatis sacratissimæ in pace
„finiendo in luctu & pœnitentia pau-
„culos dies residuos vitæ in aliqua re-
„ligiosa domo; ne cum corpore etiam

Sæc. XVII. „anima moriatur; sed poeniteat prius
 A. C. 1670 „de præteritis male consumptis diebus,
 „moveatque Majestatem Vestram sa-
 „cratissimam innata domui suæ mi-
 „sericordia iudicium non exercere sine
 „misericordia: tunc namque præcipua
 „laus est misericordiæ ac mansuetudi-
 „nis, cum iræ iustissima causa est. Re-
 „compensabit misericors & miserans
 „Deus misericordiam Majestatis Vestræ
 „sacratissimæ hic & in æternum, et
 „omnem felicitatem submississimo &
 „devotissimo corde a bonitate divini
 „exopto & me subijcio pedibus.

Majest. Vestræ Sacratissimæ.

Humilimus & infimus subditus,

FRANCISCUS de Nadastio

Cum autem Nadastius se suis precibus nihil proficere intelligeret, petiit a Cæsare, ut sibi liceat decem florentinorum millia in pios usus impendere. Annuit lubenter Imperator, eandemque gratiam Serinio & Francipano Comitibus indulgit. Priusquam vero Nadastius ad supplicii locum duceretur, Provinciae Austriacæ Marecallus Comes de Sprinzenstein convocato Ordinum consilio Nadastium & Serinium, qui Nobilium Ordinibus adscripti erant, unacum Filiis adempta nobilitate, con-

Sæc. XVII.
A.C. 1670.

fractis gentis suæ insignibus ex Provincia Albo expunxit. Hæc igitur sententia intimatur Nadaftio, moxque per eundem Marefcallum e Provinciæ Curia foras protruditur, omnesque undecim ejus filii pariter Nobilitate exclusi declarantur. Tum vero Nadaftius animo concidit, inter uberrimas lacrimas exclamans: *Honores, famam, & vitam eripite, ast liberis culpæ innocuis parcite*: nitebantur adstantes eum solari, spe facta, proles, si fidei constantiam exhibuerint, facile pristinæ libertati & privilegiis esse restituendos: Facta eadem quoque est filios suos alloquendi copia, qua tamen uti noluit, ne dolorem augetet: Postea Suchesius Comes Viennæ Gubernator Nadaftium per suam Legionem tecto curru ad Urbis Prætorium noctu conduxit, ejusque Judici consignavit; confluxerant multa hominum millia, auditur fremens populi conclamatio: *Vivat Leopoldus justus? pereant rebelles?* Nadaftius vero id unice quæsit, quo tandem duceretur, & an sibi cum conscientiæ suæ Arbitro agendi copia daretur? primo igitur diluculo diei vigesimæ octavæ Aprilis Superiorem Ordinis S. Augustini Discalceatorum accersivit, omneque tempus expiandæ conscientiæ, tractandisque cum Deo, animæ rebus

Kk 5

infum-

Sæc. XVII. infumpfit, & Archimedes Clarissimus
A. C. 1670. num, quem librum P. Hilarius a S. Am-

stasio Carmelita Excalceatus de mortis memoria Viennæ ediderat, sibi tradidit postulavit. Tandem die trigesima ejusdem Mensis ad ferale pegma deductus inter ardentissimos erga Deum affectibus oculis per Ephebum obligatis fortis ictum excepit, cujus caput & cadaver sarcophago impositum ad PP. Augustinianos extra urbem vespere deductum inde Sarwariam transportatum est.

§. XXI.

Serinius & Francipanius Neostadium capite plexi.

*Labfinsky
Syn. jud.
Posn. p. 10.
Tuld. t. 3.
pag. 17.*

Advenerant Neostadium die vigesima septima Aprilis duo a Cæsare capti putati, qui mortis sententiæ in Serinium & Francipanium exequenda interessent. Forti animo, immoto vultu Serinius funestam mortis denuntiationem excepit, veniamque a Cæsare & Cæsare exorans, se ad nefariam hanc conjurationem a Prædicantibus inductum fuisse fatebatur, demum proposita rerum humanarum cura totum se ad expiandas vitæ noxas convertere. Francipanius vero tristi nuntio exhorritus, culpamque excusare nisus, nimis arcto, ut se rite ad æternitatem

iter compararet, termino querebatur, Sæc. XVII.
 contentissime rogans, ut Cæsaris clem- A. C. 1670.
 entiam supplicibus literis tentare,
 sibi liceret, quo concessio hanc ad eun-
 dem dedit epistolam:

„Præ horrore tremendæ mortis sen-
 „tentix vix calamum regere possum:
 „defunt mihi vires Clementissime Im-
 „perator pro debito submissum con-
 „ceptum formandi ad eliciendam scin-
 „tillam unam Augustissimæ Clementiæ
 „& pietatis Christianæ: unde humil-
 „lime rogo, hanc spiritu languido com-
 „pactam supplicationem connaturali
 „sua benignitate perlegere Clementif-
 „sime dignetur. En genuflexus pro-
 „cido ante August. thronum Majest.
 „Vest. sacratissimæ, & lacrimis de-
 „fluentibus ac incessantibus singultibus
 „rogo per quinque vulnera Christi, per
 „merita Virginis Deiparæ, omnium-
 „que sanctorum, dignetur Maj. Vestra
 „sacratissima parcere unico juventutis
 „meæ delicto, & immaturi iudicii trans-
 „gressioni. Respiciat Clementissime Im-
 „perator suo gratiosissimo oculo flori-
 „dam ætatem meam, quam intempe-
 „stive perdere debeo. Ponderet Cle-
 „mentissime Imperator me miserandum
 „unicum familiæ superstitem exstare,
 „quæ ab enumerabilibus annis Augu-
 „stissimæ suæ domui totique Christia-
 „nitati

Sæc. XVII., nitati incontaminata fidelitate ac de-
 A. C. 1670., votione semper inservivit, & in qua-
 tum merita majorum non sufficiunt,
 nec mea personalia (Deum testor)
 fidelissime præstita servitia Majestatis
 Vestræ sacratissimæ, respiciat incompa-
 rabilis ac ubique terrarum depre-
 dicata Clementia & Misericordia Majestatis
 Vestræ, & me jam mortuum ad vitam
 tam restituere gratiosissime concedat,
 non abhorreo mortem in exequendo
 mandato Majestatis Vestræ sacratissimæ
 & contestanda immutabili deo-
 tione mea erga meum Clementissimum
 Dominum: semper enim paratus
 essem ad minimum Majestatis Vestræ
 nutum ultimam sanguinis meæ
 guttam profundere. Sed Clementissime
 Imperator, contremisco in contemplatione
 ignominiosissimi transitus ex hac vita
 per manus sicariæ, Eheu me miserum & infelicem,
 nam nunquam natus, vel jam ante
 me vivis deletus fuisset, Clementissime
 Imperator, Carolus ille Magnus in
 in comparationem suæ immensæ
 nitatis & Misericordiæ exclamare
 lebat, vellem & mortuos ad vitam
 revocare, non minor in Majest. Vestræ
 sacratissima cognita & comperta
 per fuit Clementia. Nunc Clementissime
 Imperator exerceat gloriosissimam
 gratiam

„gnanimitatem suam in resuscitando me Sæc. XVII.
„miserrime perituro. Agnoscam vi- A.C. 1670.
„tam & esse meum, sacrosancte spon-
„deo, totaliter debitam (post Deum)
„misericordiæ Majestatis Vestræ, nec
„imposterum mihi, sed Majestati vi-
„vam devotissime. Gratia, pietas! Mi-
„sericordia! Clementissime Imperator,
„hac solum vice! per sanctissimam Tri-
„nitatem obtestor, transeat calix iste
„a me: impossibile enim est Clemen-
„tissime Imperator, ut spatio aliquot
„horarum viribus & spiritu derelictus
„animæ saluti providere valeam ad suffi-
„cientiam, Clementissime Imperator
„suscipiat flebiles deprecationes meas,
„& gratiam vitæ in qualemcunque a-
„liam pœnam pro libitu Benignissimo
„commutare dignetur. Vellem Cle-
„mentissime Imperator plura perscri-
„bere, & misericordiam implorare, ast
„præ lassitudine miser nequeo, finio,
„ac vitam & finem vitæ meæ, Maje-
„statis Vestræ sacratissimæ Clementiæ
„& pietati submitto, & committo cu-
„piens vivere & mori.

Majest. Vestræ Sacratissimæ

*Humillimus Servus, & fide-
lissimus subditus, umbra
mortis.*

Franciscus Frangepanius.

P.S.

Sæc. XVII. „P. S. Die mortis hora sexta nocte
A. C. 1670. „in potestatem iudicii civitatis bo-
 „die consignatus, & pro die jovis pro-
 „ximo ad mortem migraturus, nil
 „Deus & gratia Majestatis Vestre fa-
 „cratissimæ his superresiduis horis me-
 „redemerit.

*Neostadii die vigesima octava Aprilis
 hora undecima noctis, anni mil-
 limesimi sexcentissimi septuagesimi prima.*

Pridie mortis Serinio & Francipanio data est mutuo sese salutandi potestas, ubi ambo præsentem Capucinum in genua provoluti veniam vicissim petebant, & quidem Serinius se tantæ calamitatis auctorem Francipanio intulit lachrimas profitebatur: tandem venientissimo ab amplexu divulsi, sibi salutem dixere, seque invicem ad mortem generose subeundam hortati sunt, utique etiam ad afflictissimas uxores suas literas dederunt miseratione plenâ. Die ergo trigesima Aprilis supplicium destinata circa horam nonam ambo per portam in interiore armamentarii atrio circumscriptum ascendunt, & prior Serinius seipsum chlamyde exuit, sibi quoque oculos per Ephebos velari jubet, demum inter preces genuflexus ictum præcipitur, sed infeliciter excipit, cum enim Vir robustus & obesus esset, nonnulli iterum

iterato ictu caput a trunco abscissum Sæc. XVII.
A. C. 1670.
est. Postea Francipanius Christi Cruci
affixi imaginem manibus tenens, ac
latino sermone circumstantes allocutus,
annulum e digito detrahit, eumque
Crucifixo imponens ait, *tuus hic est, o
Jesu annulus, accipe hoc donum, quod
adhuc meum est, pro hoc redde mihi æter-
nam gloriam.* His dictis, ut munus
suum exequatur, jubet carnificem, qui
tamen primo ictu in dexterum hume-
rum impexit, ita, ut quidem collapsus
Comes in terram corrueret, caput ta-
men extollens assurgere niteretur, iterum
iterumque Jesu nomen inclamans, do-
nec tandem iterato ictu caput abscis-
sum in terram caderet: Vespere utrius-
que cadavera in eandem foveam, in
quam, quia cæcus cæcum duxit, uter-
que cecidit, immersa, in cæmeterio
Ecclesiæ Cathedralis recondita fuere.

§. XXII.

*Tattenbachius Comes Græcii eodem
supplicio multatus.*

Postea die prima Decembris Græcii
Tattenbachius Comes pari suppli-
cio sublatus est, non tamen pari forti-
tudine; quippe percepta mortis senten-
tia in rudem vociferationem, incondi-
tosque ululatus ac gestus erumpens,
men-

Sæc. XVII. mente motus videbatur, atque inter
 A. C. 1670. vomitus, animique deliquia se huius
 volutans, bino ictu laniatus potius
 quam obtruncatus periit.

Denique Franciscus Bonifius Cal-
 vinista Posonii capite plexus obiit, quæ
 Nadastium totius calamitatis Aus-
 rem, & plusquam sexaginta suæ Na-
 tionis rebelles incusabat.

§. XXIII.

*Gravis contentio Archiepiscopi &
 Electorem inter & Coloniensem
 Magistratum.*

*Castell. de
 Stat. Pol.
 Europ. c. 32.
 pag. 919.*

Jam multis abhinc annis inveterata
 fervebant simultates inter Archie-
 scopos & Electores Colonienfes, quæ
 non præfatæ Urbis Magistratus; quæ
 eunte enim Theodorico Archiepiscopo
 circa annum Christi millesimum quatuor-
 ringentesimum sexagesimum quatuor-
 inter Cathedrale Capitulum, & Colo-
 nienfes Status pacta, quæ Unio Provincialis
 vocabantur, fuere quidem erecta
 per quæ Electorum jura fuerant defini-
 ac limitata: Enimvero hæc ipsa pacta
 a quinque Electoribus leguntur con-
 mata; sub medium tamen hujus sæculi
 tempus inter Maximilianum Henricum
 Electorem gente Bavarum & unum
 Coloniensem ratione jurisdictionis

Sæc. XVII.
A. C. 1670.

novique pontis navalis, quo Elector Rhenum infernere meditabatur, nova oriebantur dissidia, Gallis potissimum sufflaminantibus, qui præfatæ Urbi jam dudum inhiabant: Initio publicis scriptis, quibus utraque pars sua propugnabat jura, ultro citroque disceptatum, tandem vero a calamis ad arma deventum, bellumque ingens in Germania prope suscitatum per novam controversiam hoc anno exortam, cum enim Colonienfis Magistratus quosdam milites delinquentes sustibus cædi fecisset, reclamabat Elector, caussatus, urbi criminalem jurisdictionem haud competere: econtrario autem Magistratus jus militare, quod sibi tanquam Imperii Statui conveniret, opponebat, simulque jactato patriæ libertatis tuendæ obtentu ab Hollandis Architectum quemdam pro munienda urbe, necnon Pamphieldium Batavorum Chiliarcham accersebat, qui ære Batavo legionem ibidem conscripserat: Periculosæ huic novitati obstitit Archiepiscopus, Electorale non minus ac territoriale jus violari questus: Episcopus quoque Monasteriensis, utpote Westphalici Circuli Director Magistratibus hos ausus exprobrabat, eis denuntians, quod exterâ, & quidem Calviniana armorum societate Urbi haud opus esset,
Hist. Eccles. Tom. LXIII. Lt cum

Sæc. XVII cum potens auxilium a Circuli West-
A. C. 1670. phalici Proceribus, exigente necessi-
 tate urbi semper præsto foret. Verum
 Colonienfes his rationibus adeo non
 cessere, ut potius indies eorum opera
 augetur Batavus miles, festinaretur
 munimenta, totaque Archiducibus
 armis accingeretur. Ad novi tumu-
 tus cumulum accessit Guilielmus Phi-
 lstenbergius, Gallis addictissimus, qui
 sibi inter has turbas Electoratus suc-
 cessionem aucupari moliebatur, inde-
 nante ad ejus nominationem ipsius
 Maximiliano Electore, qui Gallie re-
 ma & patrocinium adversus Colonien-
 fes implorabat, cum viciffim hi Bata-
 vos, & Cæsarem tanquam juris arbi-
 tratis suæ vindices deposcerent. Ne
 vero hæc controversia in apertum bel-
 lum prorumperet, Imperator unacum
 copiis Marchionem de Grana ad urbem
 deputabat, Moguntinus quoque, Tre-
 virensis, & Brandenburgicus Electores
 eo destinabant suos Oratores, pacis ar-
 bitros: Nec his contenti, insuper Cir-
 culi Westphalici comitia Mense Janu-
 Bilefeldiam indixere. Horum igitur
 opera, ac præcipue Christophori Be-
 nardi Monasteriensis Episcopi comitia
 post biennium die duodecima Januarii
 transactum est, ut exterus miles ex
 urbe emitteretur, in ejusque locum
 circum

circuli præsidium assumeretur: Urbs Sæc. XVII.
 vero in cæptis pergeret munitionibus, A. C. 1670.
 ea tamen lege, ut si locus, aut fundus,
 in quo munitio exstrui cæpisset, territori Electoralis esse constaret, omnia in pristinum statum reponerentur; ceteræ autem controversiæ coram Imperii Curia expedirentur: Denique Elector Moguntinus Urbis libertate abuti, a Cæsare vetitus est, indeque prohibitus ipse etiam Fürstenbergius a consequenda Electoratus dignitate.

§. XXIV.

Prima Messanensis rebellionis semina.

Sub idem tempus Messinæ in Sicilia Mem. Hist. & Chronol. Riencourt tom. 2. pag. 370.
 meditatae diu, ac tandem maturæ rebellionis semina primum erupere: sæpius enim Urbis Magistratus Regis jura infringere, Regiosque Ministros sua auctoritate privare molebatur: nunc vero, cum Ludovicus de Hoyo Gubernator severius, accisis Senatorum privilegiis imperare crederetur, & rei militaris Præfectus, quem *Stratico* vocant, turbatas res acriori forsitan vindicta reparare niteretur, Messanensis Senatus primo Madriti apud Regem desuper querebatur, cum autem se nonnisi promissis lactari cerne-
 ret, aperta fronte Regiis Ministris ob-

Ll 2 stitit,

Sæc. XVII. stitit, totamque urbem adversus eos
 A. C. 1670. armavit, accitis etiam ex Francia copiis. Interim ex omni civitatis gradu sub privilegiorum obtentu conflata est conjuratorum societas, impio hoc seramento devincta, se nulli unquam mandato aut decreto, quod Regis Hispani nomine proponeretur, assensuram nisi re cum sociis communicata eodemodi edictum ab illis approbandum censeretur: Inde vero quotidiane turbas, quorum occasione ex plebe petulantissimi omne jugum excutere molantur, quæcunque Regis auctoritatem indignam servare potuissent, impudenter proscribere, atque eluserunt: quibus non modo Regios Ministros, sed etiam quosdam ex Senatoribus, qui a Rege suo reverenter loqui, vel imperata mandata exequi non timebant, aliosque aceris, alios equulei pœna affecere, denique in exilium protruserunt. hosce seditiosos Gubernator famæ obsequium revocaret, datis ad Hispaniæ Ministros literis, ne Messianibus frumentum venderent, aut admitterent, interdixit: unde civitas mox gravi inedia premi cæperat: Hoc calamitatis culpam factiosi in Senatoribus exonerant, Senatorum quorumlibet ædibus ignes injiciunt, ac turmas

ad Curiam convolantes, Senatorum Sæc. XVII.
 sedilia e fenestris projiciunt, necnon A. C. 1670.
 in populi favorem quædam promul-
 gant edicta, atque inter ea statuunt,
 ut deinceps ex Nobilibus nonnisi tres,
 & hi quidem a Nobilibus simul & a
 civibus electi, Senatoria gauderent di-
 gnitate: Scinditur ipsa Urbs in duas
 factiones, quarum una, infirmior ta-
 men, Gubernatori favebat contra Se-
 natum, altera & hæc potentior Sena-
 tui adversus Gubernatorem. Hanc se-
 ditionem compressurus Lignyus Prin-
 cept Siciliæ Pro - Rex Gubernatorem
 acriter objurgatum ad Mylonensem ar-
 cem relegavit, apertisque carceribus
 vinctos libertati reddidit, & proscriptos
 revocari jussit. Iniquissimo autem tem-
 pore accidit, ut Pro - Regis literæ in-
 terciperentur, quibus significabat, se
 quidem necessitati cessisse, mutata au-
 tem rerum facie se castigatis Messanen-
 sibus, Gubernatorem revocaturum:
 Divulgatis hisce literis mox factiosi in-
 rabiem acti, platearum aditus catenis
 doliisque obstruunt, ipsumque Pro-Re-
 gis Palatium tam arcte cingunt, ut
 beneficii loco haberet, quod fuga sese sub-
 ducere sibi liceret: Subrogatur interim
 ab Hispaniæ Regina alius Gubernator,
 nomine Didacus de Soria, qui Senato-
 res Regi suo minus addictos in Palatio
 suæ

Sæc. XVII. suæ custodiæ dari præcepit, re autem
A. C. 1670. comperta mox plusquam quindecim
 factiosorum millia, ductoribus Thomæ
 Caffari Filiis, Palatium cingunt, ca-
 tosque liberari petunt, quo obtento
 Senatores Gubernatorem tanquam U-
 bis hostem suo officio dejectum deca-
 rant, eumque in carceres detrussissent
 nisi seditiosi crebris tormentorum ex-
 plosionibus dissipati fuissent. Postea
 Thomas Caffarus annuente Senatu
 populo Filium suum Romam decrevit
 ut a Franciæ Oratore militum, & re-
 nonæ suppetias impetraret: Id eorum
 datur precibus, moxque Favillada de
 chitalasso, classis annona bellicoque
 paratu instructissima in mare protrudunt
 & Messanenses Gallico auxilio tum
 cunctas arces, excepta illa S. Salvato-
 ris, expugnant, & Gallica præfectura
 Messinæ recipiunt: Advolat vicissim
 Catalaunia Comes S. Germani cum
 multis navigiis potenter instructis, qui
 pugnant integræ classes in aquis Sicili-
 lis, commissoque navali prælio Galliam
 ab Hispanis in fugam aguntur, famam
 que Pro-Rex Hispano milite auxiliante
 in urbem impetum urget, a civibus
 tamen repulsus: Insuper Bertrando
 Gueverra Neapolitanæ classis Præfectus
 cum navibus suis otiose subsistens, Gal-
 licæ classi innoxie exscensionis copiam
 fecit

Sæc. XVII. A.C. 1670. generis pacis articulis Carolus Anglie Rex Siciliae restitutionem inferuisset,

aliunde vero Galliarum Regi hæc expeditione in rebellionis fulcimentum suscepta parum decora, multum vero periculosa esset, Favilladæ in mandatum dedit, ut deserta Messina Gallos in patriam reduceret. Hic ergo simul maioris longe momenti expeditione Gallos omnes, etiam ægros navibus, quas ipsimet Messanenses nil mali suspicantes, abundantia annona instruxerant, die octava Aprilis imposuit, cum vero paululum extra tormenti iacuum a litore classem suam removisset, civibus præcipuos acceriri iussit, inde acie eis magni momenti relictæ, cuius antea oblitus esset, denuntiare vellet. His autem illico accurrentibus manifestabat, se in Galliam cum classe reversurum. Tum vero Messanenses velut fulmine tacti obriguerunt, protensis manibus, elatisque precibus, moribus, & lacrimis rogarunt, ne desereret, nec promeritæ Hispanorum indignationi ac vindictæ exponerentur. Verum ab eo haud amplius obtinere poterant, nisi ut quingenti Gallis, qui magis obsequiosi intra bidui spatium Gallicas naves reciperentur, ceteros suo fato relictis, seque turpiter delinxisse dolentibus: Quamprimum Hispani

spani, quos Regiensis Gubernator ad-
 duxerat, in urbem fuerant recepti, mox
 omnes cives arma ponere iussi sunt,
 simulque seditionis auctoribus, qui ad-
 huc supererant, pro criminis ratione
 castigatis, reliquis venia data est: Nec
 magis benignam sortem experiebantur
 in Galliam profugi; horum enim po-
 tissimi, Divina Ultione eos insequente,
 innumeris calamitatibus absumpti mi-
 sere perierunt.

Sæc. XVII.
 A. C. 1670.

§. XXV.

Impia dogmata Benedicti Spinosæ.

Hoc item anno Benedictus Spinosæ *Sianda Lex.*
 Hamburgi suum edidit *tractatum Poli tom. 3.*
Theologico-Politicum, in quo habentur
 prima semina impii atque absurdi illius
 systematis, quod in suis operibus post-
 humis explicatius legitur: Erat is pa-
 tria Amstelodamensis, religione Ju-
 dæus, ac impietate publicus Atheus:
 Impenderat aliquot annos in Theolo-
 gicis studiis, ac frequentes cum Rab-
 binis disputationes habuit, postea vero
 a Judæorum communione deficiens, ac
 propterea a quodam Hebræo graviter
 vulneratus, nomen inter Christianos
 nescio quibus fraudibus professus est;
 nulli enim religioni nomen dedit, sed
 solius Philosophiæ, ac præprimis Car-
 tesia-

Ll 5

Sæc. XVII. tesianæ Methodi subsidio veritates per
 A. C. 1670. scrutari connisus, tandem in Atheis-
 mum sese præcipitem dedit: unde non
 nulli hoc monstrum ex Cartesii præ-
 cipiis progerminatum fuisse tradidere,
 qua occasione præter Danielis Hueti
 censuram prodiit hoc anno Samuelis
 Maresii dissertatio de abusu Philosophiæ
 Cartesianæ unacum ejusdem vindic-
 tiis Petro ab Andlo Batavo oppositis,
 elucubravit quoque Petrus van Mal-
 richt suam *gangrænam novitatum Cartes-
 sianarum*. Ceterum Spinoza inter hor-
 rendas suas blasphemias, atque erro-
 res præcipue propugnabat, religiones
 non propter spem vel metum vitæ æter-
 næ, sed propter Reipublicæ quietem
 bonumque fuisse adinventas: *Prophe-
 tiam non fuisse perfectiore mente, seu Dono di-
 vino præditos, sed duntaxat quadam
 vividius imaginandi potentia: de Aposto-
 lis quoque hæc scripsit, longas Pauli dis-
 tiones & argumentationes, quales in Epi-
 stolis ad Romanos reperiuntur, nullo modo
 ex revelatione supernaturali scriptas fuisse,
 --- tam modi loquendi, quam differantiam
 Apostolorum in Epistolis clarissime inhi-
 cant, easdem proin non ex revelatione
 Divino mandato, sed tantum ex ipsorum
 naturali judicio scriptas fuisse, & nihil
 continere præter fraternas monitiones*

tas urbanitate, a qua sane prophetica Au- **Sæc. XVII.**
thoritas plane abhorret. **A. C. 1670.**

Ne vero Dei existentiam aperte negasse videretur, frequenter Divini Nominis mentionem fecit, reipsa autem Dei nomine universalem & unicam intellexit mundi substantiam, ac naturam, id est, universum hoc, sive quicquid ambitu suo complectitur hic mundus ex seipso & per seipsum ab æterno existens, nec ullam sui causam externam sive efficientem sive finalem agnoscens: unde in appendice partis primæ Ethices palam insultat illis, qui negant creaturas ex seipsis fuisse, creaturas vero per Deum esse, nil aliud esse patet, quam modificationes seu attributa præfatæ substantiæ, ex quo sequatur omnia formaliter in Deo contineri, proinde Deum non esse Deum, sed quamdam mutabilem materiam seu universum, quod in hominibus cogitat, in animalibus sentit, in plantis vegetat, & in terra inanimatum est. Impii hujus hominis libros Batavi, licet alias Calvinii blasphemias assueti, haud tamen tolerandos censuerunt, illosque promulgato edicto proscribere. Eiusdem quoque opera posthuma sacra Indicis Congregatio die decima tertia Martii anno hujus sæculi septuagesimo nono, & postea

Sæc. XVII. postea die vigesima nona Augusti anno
A. C. 1670. nonagesimo confixit.

§. XXVI.

Quidam libellus contra Jesuitas a Parisiensi Senatu rogo additus.

*Argentre
Coll. Ind.
t. 3. p. 138.
337.*

Prodiit anno priori Auctore Arnaldo primus tomus cujusdam libelli, cujus titulus est, *Practica morum doctrinae Jesuitarum ex eorum libris fideliter extracta a quodam Doctore Sorbonico*: Hoc scripto graviter se offensos reputabant Jesuitæ, quocirca Parisiensem Archiepiscopum, ut læsum honorem indigni hujus fætus proscriptione repararet supplices adibant. Hic ergo rem ad Parisiensem Theologicam Facultatem detulit, jussitque, ut ea quosdam nominaret Doctores, qui hunc librum sedulo examinarent: Referebant ipse hoc scriptum mendaciis, & convitiis tum etiam falsis, scandalosis, hæreticisque propositionibus esse refertum. Eapropter non modo Archiepiscopus illud proscripsit, sed etiam die decima tertia Maij Parisiensis Senatus hunc libellum rogo addixit, nec tamen in flammæ Arnaldi calamum attigens, quo minus septem alios tomos ejusdem argumenti conscriberet in Gallis & Hollandia typis editos.

§. XXVII

§. XXVII.

Sæc. XVII.
A. C. 1670.*Parisiensis Senatus decretum contra
Clementis X. Constitutionem de
Regularium privilegiis.*

Die vigesima prima Junii Clemens
Papa X. Constitutionem, quæ in-
cipit: *Superna magni*, edidit, ac die
secunda Augusti promulgavit, in qua
Regularium privilegia quoad prædica-
tionem Divini Verbi, & administratio-
nem Sacramenti poenitentiae explicans,
ac confirmans, in paragrapho quinto
statuit, eos, qui *Religiosis Mendicantibus
simpliciter approbatis paschali tempore con-
fessi fuerint, constitutioni, quæ incipit, om-
nis utriusque sexus quoad confessionem
duntaxat satisfecisse censendos, & antea,
Religiosos semel simpliciter approbatos posse
in Diœcesi Episcopi approbantis quovis anni
tempore etiam paschali, & quorumcunque
etiam infirmorum confessiones audire absque
ulla parochorum vel ipsius Episcopi licentia.*
Cum autem Franciæ Episcopi anti-
quum morem in eorum Diœcesibus in-
valuisset obtenderent, ut Paschali tem-
pore sine Parochorum consensu fidelium
confessiones excipere, Regularibus Sa-
cerdotibus non liceat, hinc ad Præs-
ulum preces Parisiensis Senatus hanc
Pontificis Constitutionem promulgari
inhi-

*Bull. magn.
Clem. X.
Const.
Argentre
l. c. pag. 138.
& 338.*

Sæc. XVII. inhibuit. Ita sensim in Parisini Senatus arbitrio erit Pontificiæ Constitutioni obtemperare vel non, ac demum quicquid hic præscripserit id Orbi Galliarum lex erit, Episcopis quondam amare deploraturis, quod iterato ad Laicum Tribunal recursum eidem suam auctoritatem in ipsos Episcopos, resque sacras extendendi obtentum dederint.

§. XXVIII.

Scipionis Elcci Cardinalis obitus

*Eggs supp.
Purp. doct.
p. 591.*

Sede adhuc vacante hoc anno die decima Aprilis Romæ decessit Scipio ex Comitibus Elcciis, Patrius Senensis. Erat ei ex primævo natali beneficio acutum ingenium, rara memoriæ felicitas, & ingenuæ modestior candor: quapropter ad quævis munus digne obeunda aptus censebatur. Huc Juvenis utriusque, ut vocant, signaturæ Referendarius, Firmanus Pretor, ac postea Pientinus Episcopus, ac demum Pisanus Archipræsul nominabatur. Rexerat hanc Ecclesiam viginti duos annos summa vigilantia ac prudentiæ, pietatisque laude. Eggerat quoque Sedis Apostolicæ Legatum ad Rempublicam Venetam, & Ferdinandum III. Cæsarem, a quo tantum habitus, ut ad ejus preces Romanam Purp.

Purpuram in meriti præmium assequeretur: Dimissa Archiepiscopali Ecclesia Legatus Apostolicus Provinciam Æmiliæ summa integritate administrabat, qua tamen legatione postmodum solutus, in variis Patrum cætibus sua Ecclesiæ obsequia cum magno proventu usque ad obitum suum impendit.

Sæc. XVII.
A. C. 1670.

§. XXIX.

Francisci Nerlii Cardinalis decessus.

Alter erat Franciscus Nerlius patria Florentinus, qui postquam in celebrioribus Italiæ Academiis sacrationes scientias vix non exhauserat, Romæ velut doctrinæ simul & pietatis prodigium celebrabatur, ac gravissimis negotiis adhibitus, miram ubique solertiam, ac singularem in rebus agendis, civilibusque caussis decidendis prudentiam dexteritatemque exhibuit. Ideo ab Innocentio X. inter Referendarios cooptatus, aliisque officiis admotus, primo Pistoriensis Episcopus, postea Florentinus Archiepiscopus nominatus est, ac per plures annos Alexandro VII. a secretioribus epistolis fuit, tandem a Clemente IX. Purpura decoratus. Verum fatōrum invidia non nisi unico anno hac dignitate potitus, subito Lithiasis morbo correptus, die sexta

*Eggs Purp.
Doct. p. 501.*

Sæc. XVII. sexta Novembris Romæ mortalitatem
A. C. 1670. exiit, anno ætatis septuagesimo quinto.

Posteris reliquit pene innumera varii
argumenti scripta, quæ tamen adhuc
in familiæ suæ Musæo inedita asservantur.

§. XXX.

*Bernardus Gustavus Fuldensis Alti-
Purpura decoratus.*

*Palat. invita
Clem. X.
Cont. Chron.
Hist. l. 9.
p. 136.* Sub primis Pontificatus auspiciis Cle-
mens X. Papa die decima sexta mensis
X. ad implorandum Dei auxilium pro
felicis Ecclesiæ universalis regimine
universale Jubilæum indixit, quod etiam
in omnibus Catholicorum Provinciis
cum summa animi lætitia promulgatum
est; non deerant tamen Viennæ Theolo-
gicorum nonnulli, qui Leopoldo I. Cæ-
sari Authores essent, ut hujus Jubilæi
promulgationem differri præciperent
donec neo-electus Papa ex natione
Germanica Cardinalem crearet, eoque
quod ejus Prædecessor hunc honorem
Germanis exhibere neglexisset: Verum
Cæsar, qui nihil non cum religione
conjunctum cogitabat, surdas ad eum
modi cavillos aures præbuit, de Cle-
mentis X. æquitate satis persuasus
nec sua eum opinio fefellit; mox enim
ac Pontifex hac de re edoctus fuerat.

confestim Bernardum Gustavum Bado-
 Durlacensem Marchionem, ac Fulden-
 sem Abbatem & Principem Campidu-
 nensem, qui anno hujus sæculi sexage-
 simo Ecclesiæ Catholicæ accesserat,
 Romana Purpura decoravit, cujus ta-
 men electionem nonnisi biennio post die
 vigesima secunda Februarii promulgare
 voluit. Ejusdem quoque dignitatis
 socios die vigesima secunda Decembris
 nominabat Clemens Papa Fridericum
 Borromæum, Camillum de Maximis,
 & Casparum Carpinæum, omnes Vi-
 ros de Christiana republica obsequiis,
 legationibus, atque officiis adeo bene
 meritos, ut horum neminem Momus
 Romanus, quem Pasquinum vocant,
 præter morem suum allatrare ausus
 fuerit.

Sæc. XVII.
 A. C. 1670.

§. XXXI.

Clementis X. Papæ Constitutiones.

Præter præfatam Constitutionem, quo
 Clemens X. Pontifex Maximus anni
 sacri gratias promulgaverat, insuper
 hoc anno plures alias edidit sanctiones
 Apostolicas, atque inter alias, ut nu-
 per memoravimus, declaravit Regula-
 rium privilegia circa Verbi Divini præ-
 dicationem, & administrationem Sa-
 cramenti Pœnitentiæ: die autem deci-
 mæ

*Bull. magn. tom. 6
 Clemens X. Const.*

Hist. Eccles. Tom. LXIII. Mm ma

Sæc. XVII. ma quarta Augusti & vigesima octava
A. C. 1670. Januarii confirmavit cultum Beato Pa-
 schasio de Valentia Martyri ex Ordine
 Beatæ Mariæ de Mercede Episcopi
 Giennensi, necnon B. Ludovicæ tertii
 Ordinis S. Francisci ab immemorabili
 tempore exhibitum: concessit etiam
 idem Pontifex Jesuitis, ut Missam
 Officium de S. Stanislao recitare so-
 sent. Pariter die trigesima Augusti
 structionem promulgavit, quomodo
 testes de morte Mariti vel uxoris be-
 stantes interrogandi sint: cum autem
 ejus Prædecessores jam dudum statu-
 sent, ut Meretrices publicæ, vel aliæ
 mulieres ex turpi quæstu viventes ter-
 tiam suorum bonorum partem Mono-
 stero S. Magdalenæ a Leone X. Pontifici
 erecto, in quo ejusmodi foeminae
 meliorem frugem reductæ degunt, be-
 stato relinquerent, earum vero non
 nullæ, ut hanc legem eluderent, in
 vita varias dispositiones fecissent, hoc
 Pontifex die undecima Octobris
 modi contractus fieri prohibuit, nisi
 prius scriptotenus fuisset obtenta
 centia, quæ tamen non concederetur
 nisi hæ mulieres tertiam partem
 ejusmodi contractuum proventu red-
 dantem præfato Monasterio tradiderint.
 Die autem trigesima prima Octobris
 declaravit Pontifex, quod Carmelitas
 Exce

Excalceati omnibus Carmelitarum cal-
ceatorum privilegiis plene fruantur.

Sæc. XVII.
A.C. 1670.

§. XXXII.

*Diversæ S. Congregationum de-
cisiones.*

*Decis. S.
Cong. rit.
Concil.*

Inter varias Sacrarum Congregatio-
num Romanarum decisiones præci-
pue sacra rituum Congregatio die vi-
gesima prima Junii declaravit, quod
infra octavam Corporis Christi non pos-
sint celebrari Missæ votivæ quæcunque
vel pro defunctis. Decidit quoque
sacra Concilii Congregatio, quod Sa-
cerdotes simplices teneantur inservire
Ecclesiæ Cathedrali omnibus diebus
festivis, & cogi possint juxta Constitu-
tiones Synodales: Pariter die vigesi-
ma octava Novembris declaratum, quod
quamvis electio Musicæ pertineat ad
Parochos, qui illam vocant propriis
sumptibus, Episcopus tamen debeat
inspicere, ne quid impurum aut lascivum
inter canendum immisceatur: De-
nique S. Rituum Congregatio sequenti
die ejusdem Mensis Senensibus respon-
dit, quod prima Dignitate impedita
vel absente, succedat secunda Dignitas
in functionibus peragendis, & secunda
impedita, succedat tertia, & omnibus

Mm 2

im-

Sæc. XVII. impeditis, vel absentibus, primus Co-
 A. C. 1670. nonicus id exequatur.

§. XXXIII.

Principum atque illustrium obitus.

Theatr. Eu-rop. tom. 8. Currens hic annus quamplurimis Prin-
 cipibus exitialis ac postremus ex-
 stitit, atque inter eos prior die nona
 Februarii decessit Fridericus hujus no-
 minis III. Daniæ Rex, primo Verden-
 sis Pseudo-Episcopus, & postea Bremen-
 sis, a quo tamen Episcopatu pro more
 huius ævi, quo armorum potentia Episco-
 patus distribuebantur, a Suecis spoliatus
 est. Ceterum Princeps erat ingenio
 mitis, & ultra Principum curas
 sectæ ita addictus, ut suorum Præ-
 ceptorum testimonio minime fidens, ipsius
 Religionis rationes & momenta crebra
 lectionibus perscrutaretur, suæque electæ
 falsitatem absdubio detexisset, si non
 unicum ex Catholicis Doctoribus, qui
 veræ fidei sanctitatem ei exponere
 consulere potuisset: Successorem
 in Regno habuit Christianum V.

Eodem anno die vigesima septima
 Februarii obiit Nancæi Nicolaus Fran-
 ciscus Lotharingæ Dux, cujus vitam
 variis fortunæ eventibus memorabilem
 erat, mors vero toti suæ familiæ com-
 munitatis calamitatis præambula; post
 quam

quam enim Carolus IV. Dux ejus Fra-
 ter ex Hispana captivitate reversus, Sæc. XVII.
A. C. 1670.
 contra quædam pacis Gallo-Hispanicæ
 capita reclamabat, sibi que Hispaniæ
 Regem infensum reddebat, in Fran-
 ciam profugus, anno hujus sæculi sexa-
 gesimo secundo omnes ditiones suas
 Ludovico Galliarum Regi Mont-Mar-
 tyriensi pacto cessit, sub certis condi-
 tionibus, quas tamen primo ejus pro-
 pinqui, ac postmodum ipsemet vehe-
 menter impugnabat; quapropter a Fran-
 ciæ Rege omnibus Lotharingiæ pro-
 ventibus & militia spoliatus, Gallis
 totam Lotharingiam repentino impetu
 invadentibus, ægre hostium manus e-
 vadere, ac Coloniam sese recipere po-
 tuit. Harum calamitatum testis, so-
 ciusque erat Nicolaus Franciscus Dux,
 qui anno hujus sæculi vigesimo tertio
 Tullensis Episcopi Coadjutor, tertio
 post anno ipsemet hujus Ecclesiæ pos-
 sessionem adiit, sequenti anno Romana
 Purpura decoratus. Hucusque non nisi
 a longe malorum spectator esse vide-
 batur; postquam autem dimisso Epi-
 scopatu, suisque Abbatiis Claudiam
 Consobrinam suam sibi matrimonio
 junxerat, proximius illum infesta for-
 tuna insectabatur; quocirca uxore sua
 anno Christi millesimo sexcentesimo
 quadragesimo quinto Viennæ defuncta

Sæc. XVII. ipse rursus Clericum induit, & Seno-
A. C. 1670. nensem Abbatiam, quam eidem Caro-
 lus V. ejus Filius cessit, rursus adiit,
 tandem vero post paucorum dierum in-
 firmitatem mors omnibus miseris, quibus
 ejus vita fuerat agitata, finem imposuit.
 Obiit pariter die decima septima Junii
 Erdmundis Sophia Christiana Ernesti Barutensis
 Marchionis Comiti, quam pari fato sequebatur
 Florentia Ferdinandus II. Magnus Etruriæ
 Dux, relicto Successore Cosma III. ejus
 Filio. Denique vitam cum morte die trigesima
 Januarii Aquisgrani commutavit Augustinus
 Franciottus Lucensis, Trepezuntis Archiepiscopus,
 necnon Apostolicus ad tractum Rheni Nuntius,
 qui a Clemente IX. Papa ad conciliandam
 pacem inter Hispaniæ Reges decretus, hoc
 negotium ad Pontificis votum absolvit. Successorem
 habuit Franciscum Bonvisium itidem patriæ
 Lucensis, Thessalonicensem Archiepiscopum.

§. XXXIV.

Quorundam Scriptorum Catholicorum opera & decessus.

Wolf. Bibl. Non desunt ex Scriptoribus Catholicis,
Script. min. licis, qui hoc anno defuncti, variis
Mandos. lucubrationibus sui nominis memoriam
Bibl. Rom. apud eruditos æternam reddiderunt.
Witte Diar.
Biogr.

hos inter primo loco occurrit Nicolaus Sæc. XVII.
a Castro, qui exercitationes Salman- A.C. 1670.
ticenses, seu prælectiones juridicas,
tractatum de milite Monacho pluraque
alia edidit. II. Franciscus Hannibal
Dux de Estrees scripsit commentaria
de rebus sub Maria Medicæa Franciæ
Regina gestis, necnon binas relationes
de obsidione Mantuana, & denique
conclave Gregorii XV. Papæ: obiit Pa-
risiis anno ætatis centesimo secundo.
III. Joannes Franciscus Senault Con-
gregationis Patrum Oratorii Generalis,
qui posteris reliquit paraphrasin in Job,
tractatum de usu Passionum, hominem
peccaminosum, hominem Christianum,
& quamplurimas panegyres de Sanctis.
IV. Alexander Confedentius, Canoni-
cus elucubravit theatrum descriptio-
num Sacrarum moralium & Academi-
carum, tractatum de dignitate Matris
Dei, & coronam gemmarum, quibus
Regina cælorum fulget. V. Ferdi-
nandus Ughellus Cisterciensis Abbas
edidit Italiam sacram in octo volumini-
bus, a Coletto auctam, Elogia Pon-
tificum & Cardinalium Ordinis Cister-
ciensis, annotationes ad Ciaconium de
vitis Pontificum, Columnensis familiæ
Cardinalium imagines, genealogiam de
Capisucchis, defensionem Nobilitatis
Neapolitanæ, Historiam de familia
Mm 4 Comi-

Sæc. XVII. Comitum de Marsciano præter plurima
 A. C. 1670. alia nondum typis edita. VI. Henricus Engelgrave S. J. prælo subjecit hanc
 cem evangelicam in omnes Dominicos, cæleste Pantheon in festa Sanctorum, cæleste Empyreum, meditationes de Passione, & alia nonnulla. VII. Joannes Ottonellus scripsit memoriale ad spectatores theatralium obicænitatum, tractatus de angustiis peccatoris in agone, de abusu Christianæ spei, charitatis, misericordiæ &c. de usu & abusu picturæ & sculpturæ, de periculosa conversatione, de Christiana moderatione, & Parænesin ad lutores chartarum vel aleis &c. VIII. Joannes Baptista Ragon Jesuita publici juris fecit sermões inter perfectiones Verbi Divini, & infirmitates naturæ humanæ in mysterio Incarnationis, de mysteriis Passionis &c. IX. Christophorus Juge ejusdem Societatis edidit justificationem modè procedendi contra Jansenistas & methodum defendendi Ecclesiam contra adversarios, de hoc Auctore jam supra l. 201. §. 6. tom. 61. pag. 12. egimus. X. Joannes Thomas Rocabertus Episcopus Valentinus Ord. FF. Prædicatorum excudi fecit tres tomos de Romanæ Pontificis auctoritate, & XXI. Tomos Bibliothecæ maximæ Pontificæ præter plurima alia. XI. Albertus Zennerus ejusdem

ejusdem Ordinis scripsit dilucidationem Sæc. XVII.
 regularum Juris, armamentarium Evan- A. C. 1670.
 gelico-Thomisticum contra Dorschæum,
 compendium veritatum orthodoxarum
 contra eundem, præter alia nonnulla.
 XII. Petrus Labat itidem Dominicanus
 Tolosæ edidit octo tomos Theologiæ
 Scholasticæ. XIII. Laurentius a S.
 Theresia Carmelita excalceatus in Ro-
 mano Missionum Seminario Lector dog-
 maticus posteris reliquit quinque to-
 mos Theologiæ Scholasticæ, cui titu-
 lum *Spicilegii Thomistici* indidit; obiit
 Romæ nonnisi quadraginta quatuor an-
 nos natus. XIV. Ludovicus Jacob a
 S. Carolo Carmelita scripsit Bibliothecam
 Pontificiam, catalogum hæreticorum,
 qui aliquid contra Romanos Pontifices
 ediderunt, libellum S. Marcelli & B.
 Petri, tractatum de disputatione B. Pe-
 tri & Simonis Magi, tractatum de
 præstantissimis totius Orbis Bibliothe-
 cis, Bibliothecam Parisinam, Biblio-
 graphiam Gallicam universalem, Elo-
 gium Ven. Sororis Joannæ de Cambry
 & Mariæ Schurmanæ, libros tres de
 claris Scriptoribus Cabillonensibus,
 Bibliothecam Cardinalitiam, Burgun-
 dicam & Augustinianam, Bibliothe-
 cam S. Scripturæ præter alia plusquam
 triginta volumina partim edita, partim
 inedita.

Mm 5

§.xxxv.

Sæc. XVII.
A. C. 1670.

§. XXXV.

Protestantium Scriptorum opera & obitus.

*Freher
Theatr. e-
rud.
Bayl. Dist.
Hist.
Pope cens.
relat. Aust.*

Obiere etiam hoc anno Acatolicorum Scriptorum nonnulli, quorum opera recensere lubet, & quidem Alexander Morus scripsit commentarium in Caput LIII. Isaïæ, notas & loca quædam novi Fœderis, tractatum de gratia & libero arbitrio, caulum Dei seu de Scriptura sacra præter quædam exercitationes. II. Vavalorius Powel edidit Scripturam concordantem, Dialogum inter Christum, & Republicanum, narrationem de conversione & ministerio suo præter alia nonnulla. III. Joannes Dallæus superbus & arrogans Calvinista, qui tantam sibi vendicavit auctoritatem, ut fere in tyrannidem degeneraret: Edidit apologiam pro duabus Ecclesiæ Protestantium Synodis in Gallia, librum de usu Patrum, tractatum de jejuniis & quadragesima de Pseudepigraphis Apostolicis, de dei ex Scripturis S. demonstratione de confessione auriculari, de poenis & satisfactionibus humanis, de confirmatione, & extrema unctione, de imaginibus, de cultibus Religiosis, de scriptis, quæ S. Dionysio & Ignatio attribuitur.

buuntur, de quo tamen argumento Sæc. XVII,
 jam antea P. Morinus Orat. Congregat. A. C. 1671.

Presbyter magis erudite differuit. IV. Joannes Matthiæ, qui Christinam Sueciæ Reginam propinatis sectæ erroribus infecit, ac ipse de sua religione dubius postea Calvinum & Lutherum concordare incassum nitebatur: Hic prælo subjecit syntagma breve Theologicum, Institutionem Catechetica Religionis Christianæ: Examen Catecheticum in Diæcesi Stregnensi, Regulam credendi & vivendi, formam cultus Divini, & absolvendi, necnon se ad Cænam præparandi, Zelotypiam Pastoralem, Ideam boni Ordinis in Ecclesia Christi, & alia nonnulla. V. Balthasar Scheidius edidit commentarium in Jonam, oleum unctionis sacrum, disputationem de universalitate vocationis ad Regnum Christi, de Elia Thesbyte præter alia. VI. Samuel Przypcovius, edidit dissertationem de pace & concordia Ecclesiæ, dissertationem de summo bono, apologiam contra Heinsium, vitam Fausti Socini & alia Socinianorum erroribus contaminata.

§. XXXVI.

Expositio doctrinæ Catholicæ a Benigno Bossuetio edita.

Anno

Sæc. XVII.
A. C. 1671.

Anno hujus sæculi septuagesimo primo Jacobus Benignus Bossuetus primum Cadomensis, dein Meldensis Episcopus celebratissimam suam expositionem *Doctrinæ Catholicæ de iis argumentis, de quibus controversiæ sunt*, primo Parisinis literis excudi fecit. Scripsit Bossuetius anno Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo octavo librum præcipue in usum Abbatis Dageau, & Turrenii Marecalli, qui a Calvinio venenum evomere: postmodum tamen hic libellus nondum typis editus per privatas variorum manus volitabat, ipsemet vero Auctor studens pauca admodum hujus expositionis exemplaria describi curabat, ut ea quibusdam Theologis distribuere, hujusque partum eorum censuræ subjicere posset: Hi autem matura ac severa discussione facta, non rem ipsam, sed duntaxat quosdam loquendi modos & formulas mutari posse censebant: Bossuetius igitur juxta eorum mentem pro eo, quod cuilibet Auctori in suos libros competit, jure ac auctoritate suam expositionem recognovit, correctamque hoc anno edidit, approbata Rhemensis Archiepiscopi, & novem Franciæ Episcoporum approbatione: nec his contentus erat Bossuetius, sed ne Calvinistæ Catholicam fidem minus

sincere expositam fuisse quererentur, Sæc. XVII.
 factum suum Sorbonæ etiam Doctori- A. C. 1671.
 bus examinandum, approbandumque
 tradidit,

§. XXXVII.

Hujus libri fata.

Dolori maximo fuit Hugonottis cete-
 risque A catholicis, quod hujus Niceron
 erud. t. 3.
 pag. 203.
 libri lectione non modo Turrenius, sed Rich. Sim.
 ep. 34. ad
 Doct. Sorb.
 Leydeck. l. 1.
 de Jansen.
 dogm. p. 300.
 plures adhuc alii Viri. fœminæque No-
 biles ad ejurandam sectam, veræque
 fidei cognitionem permotæ fuissent:
 quocirca omnes Calvinianæ versutæ
 fontes, & calumniandi artes exhauste-
 rant, ut tam hujus libri doctrinam,
 quam illius Auctorem in summam con-
 temptionem pertraherent: Suppedita-
 bat ipsis apparens cavillandi argumen-
 tum ipsa correctio a Bossuetio facta;
 spargebant igitur primam editionem
 ob errores ibidem contentos fuisse sup-
 pressam, Auctoremque varia in altera
 editione mutare coactum variationibus
 tot, tantisque fuisse obnoxium, ut vel
 ipse veram Ecclesiæ suæ mentem igno-
 rasse, vel saltem in quamplurimis de
 veritate suorum dogmatum dubitasse
 videatur: Verum huic calumniæ om-
 nem fidem detraxit ipsemet Bossuetius,
 testatus, quod ante Parisinam editio-
 nem

Sæc. XVII. nem nulla alia publici juris facta fuerit
 A. C. 1671. in illa vero, cujus nonnisi paucissima
 exemplaria Arnaldo, aliisque Cenobis
 communicaverat, quæ notata et
 mutata fuissent, nonnisi in vocibus
 syllabis, atque in elegantia & puritate
 sermonis constiterint: Vitis alii de-
 runt tam celebri huic Præsuli, quod
 nimio affectatæ moderationis studio
 subdoloque Sectarios conciliandi, et
 que in partes suas pertrahendi Zelo
 repto, veram Romanæ Ecclesiæ sen-
 tentiam, ac genuinam Synodi Triden-
 tinæ mentem minus sincere exponere
 callidisque artibus & ambiguis ver-
 ficum fecerit credulorum mentibus
 Hisce cavillis auctoritatem concilia-
 nitebantur, severiore crisi quorumdam
 Catholicorum abuentes, ac præcipue
 Ludovici Maimburgi, qui de Bossueti
 asseruit, illum in quibusdam articulis
 de justificatione, bonorum operum merito
 & fide ambiguis quibusdam expressio-
 num usum fuisse, quibus neutri parti satisfacere
 quia per illas non omnia, quæ fidei
 essentialia reputant, exprimebantur.
 ferunt etiam, quod Bullionæus Car-
 dinalis in suis ad Cardinalem Boncompagni
 literis testetur, hanc expositionem non
 omnibus in Francia fuisse probatam.
 si Petro Juræo Calvinistæ fides, Al-
 bas quidam Parisiensis cuidam amico
 rum
 abj
 tion
 cler
 rus
 sua
 vass
 mal
 acc
 non
 test
 Arc
 Par
 blic
 tion
 ctas
 pro
 lius
 ma
 the
 sue
 a
 fiet
 floo
 (C
 stor
 illa
 tam
 non
 com
 se

rum dixerit, non admitti posse hæresis Sæc. XVII.
 abjurationem juxta formulam exposi- A. C. 1671.
 tionis Bossuetianæ, nec hanc esse Ec-
 clesiæ Catholicæ doctrinam: Leydecke-
 rus quoque Calvinista Bossuetium in
 sua expositione Baianos errores inno-
 vasse calumniatur, & per summam
 malitiam ejus themata Baii doctrinis
 accommodare seu potius depravare
 non erubescit. Gloriantur etiam Pro-
 testantes, quod Cantuariensis Pseudo-
 Archiepiscopus Guilielmus Wakius (*)
 Parisiis in ipsa Turrenii Marecalli Bi-
 bliotheca suppressam hujus libri edi-
 tionem cum recentiore contulerit, fa-
 ctasque variationes primus in lucem
 produxerit, ac insuper Daniel Maiche-
 lius Tubingensis Professor novissime pri-
 mam editionem intra rariora Biblio-
 thecæ Lambetanæ monumenta repo-
 suerit, quamvis Richardus Simonius
 a Wakio hæc variationes fuisse con-
 fictas asserat: Ex his manifeste patet,
 flocci plerumque habendam esse cen-
 suram

(*) Leydeckerus in sua continuatione Hi-
 storiciæ Ecclesiasticæ Hornianæ Art. 3. p. 53.
 illam a Stillingfletio in Anglia fuisse prodi-
 tam asserit, alii hunc Archiepiscopum fuisse
 nomine Tillotsonium ajunt: familiare est novo
 commento vitium, ut illius Auctores inter
 se discrepent.

Sæc. XVII. suram & iudicium illorum Protestantium, qui Catholicorum libros receperunt, & etiamnum eos in variis libris recensent, quibus solemne est suorum libros ad nauseam usque extolere, Catholicorum autem lucubrantes, quia Catholicorum sunt, deprecare.

§. XXXVIII.

Primæ editionis variationes a Protestantibus confictæ.

Etiam si autem Bossuetii adversariorum daretur, primam Expositionis editionem fuisse suppressam, atque immutatam, has tamen variationes, Protestantibus illas in secunda editione factas fingunt, huc ideo adducere debet, ut exinde eluceat, quam merito illi Bossuetium de plurium dogmatum veritate vel dubium vel ignorantia fuisse, illumque ab antiqua fide Romani & Concilii Tridentini sensu ante refectionem aberrasse calumniantur, non quam ridiculum ex hisce immutationibus triumphum canant. Etenim igitur hi, quod in prima editione Bossuetius non nisi simplex *Adversarius* nomen usurparit, in ceteris vero editionibus legatur odiosa hæc competitio: *Existimati reformati*: item horum

horum verborum, nihil ut videatur fieri Sæc. XVII. A. C. 1671.
 posse melius, quam si doctrina Ecclesie Ca-
 tholicæ ita proponatur, ut separentur illæ
 quæstiones, quas Ecclesia definiuit, ab iis,
 quæ ad fidem haud pertinent, Bossuetius
 posuerit hæc verba: *Et ab iis, quæ falso
 eidem Ecclesie adscripta sunt, distinguan-
 tur: Sane maximi momenti mutatio?*

In editione suppressa legatur: *ut
 Honor ille, quem Ecclesia B. Virgini san-
 ctisque exhibet, ideo tantum sit religiosus,
 quia illis exhibetur in relatione ad Deum*
 Bossuetius autem ita correxerit: *Ut si
 religiosus dici possit honor, ideo sit, quod
 in Deum referatur, posteriora autem
 hæc verba, hinc tantum abest, ut sicut
 adversarii faciunt, culpandus sit iste honor,
 quem sanctis exhibemus, propterea quod Re-
 ligiosus sit, ut potius culpandum sit, si non
 esset religiosus, omnino omiserit.*

In §. 16. hæc habeantur Bossuetii
 verba: *Quod Dallæum attinet, e re sua
 esse putat intra tria prima sæcula se con-
 tinere; in quibus certum est, Ecclesiam,
 quæ tum magis occupata erat in passionibus,
 quam in scriptionibus, multa reliquisse di-
 lucidanda, tam quoad dogmata, quam quo-
 ad praxin. Satis exinde elucet, quantum
 inde accedat nostræ causæ, quod adversarii
 nostri ullum doctrinæ suæ argumentum re-
 perire desperant in medio splendore Ecclesie,
 cum sublatis persecutionibus veritatem fidei*
Hist. Eccles. Tom. LXIII. Na re-

Sæc. XVII. *resplendescentem innumeris scriptis pijs re-*
 A. C. 1671. *riter atque doctis testaretur. Ex his*

*Wakius nequiter infert, Bossuetium huius-
 sum fuisse, quod certum sit traditionem
 Ecclesie circa cultum Sanctorum
 tribus primis sæculis probari non posse.*

§. 30. Bossuetius in prima editione
 de modo, quo sancti preces nostras
 exaudiant, hæc posuerit: *sive audiant
 illos sive non: sive jungant se precibus ipso-
 rum, uti quidem exoptant, sive id fiat
 potius mediis magis adhuc incognitis quam
 per intercessionem ipsorum &c.*

Et post illa verba: *quicquid verum
 est, continetur, sequentia in prima edi-
 tione habeantur, & quidem eo modo, &
 juxta eam mensuram; prout ipsi libere
 fuerit; sive denique per aliam quam
 viam nobis adhuc magis impenetrabilem
 atque ignotam efficiat, ut fructum percipi-
 mus illarum precum, quas ad beatas
 animas dirigimus. Hæc ultima verba
 itidem desint in editionibus vulgatis
 sed quid inde?*

§. 35. Bossuetius in prima editione
 dixerit: *in hoc consistit usus, & prae-
 terea imaginum, in correctâ vero poluerit.
 Hoc fundamento nititur honos, qui in
 nibus exhibetur.*

§. 47. Cuncta hæc verba in prima
 editione fuisse omissa, asserit Wakius
Ecclesia Catholica nullibi magis invicta

quam in hoc dogmate; nec multo sermone Sæc. XVII.
 opus est ostendere, quod quo magis quis scru- A. C. 1671.
 tetur in scripturis scopum redemptionis hu-
 manæ, qui eo tendit, ut nos sanctos faciat,
 eo propius ad nostram doctrinam accedere,
 & ab opinionibus Calvinii discedere debeat,
 quæ nullo modo se tueri possunt, quia po-
 tius contradictoriæ sunt, & omnem veram
 ac solidam pietatem evertunt.

§. 60. Bossuetius hæc habuerit:
 Hæc sunt, quæ de justificatione docere ma-
 xime necessarium est, essentque adversarii
 nostri extreme contentiosi, nisi saterentur,
 non opus esse vero Christiano amplius ali-
 quid in hac doctrina cognoscere.

In ceteris vero editionibus hæc le-
 gantur: hæc sufficere Christianis, quo
 sciant, suæ gloriæ salutis omnem Deo
 per Christum adscribendam.

§. 65. Bossuetius denuo hæc verba
 omiserit: Ecclesia duplicem istum, diver-
 sumque modum applicandi remissionem pec-
 catorum, quem proposuimus, semper agno-
 vit: si quidem in scripturis præter priorem
 istam veniam, quæ sola locum habere debe-
 ret, nisi homines ingrati essent, & quæ
 per notionem simplicis remissionis exprimi-
 tur, adhuc aliam absolutionem, aliamque
 gratiam dari perspexit, quæ in forma ju-
 dicii exhibeatur, ubi Ecclesia non tantum
 solvendi, & remittendi, verum etiam li-
 gandi atque retinendi habet potestatem.

N n 2

§. 83.

Sæc. XVII. A. C. 1671. §. 83. Bossuetius in prima editione itaque Christianæ Ecclesiæ omnes jam iam ab Apostolorum temporibus hanc præcipuè religiosissimè retinuerunt, conjungendo eam (impositionem manuum) cum sacro chrismate, hæc quidem in aliis editionibus retinuerit, æquivocationem tamen exhibuerit.

§. 140. Primum in secunda editione hæc verba unacum transubstantiatione addiderit: *Panis & vinum mutati sunt in Corpus & sanguinem Christi.*

§. 145. Bossuetius primo dixerit adeo ut rationabiliter possit appellari sacrificium, in altera autem habeatur: nihil ut illi desit, quo minus vere sit sacrificium.

§. 209. Bossuetius dixerit: nostra dei Professio nos adstringit, ut credamus Romanam Ecclesiam esse Matrem ac Magistram omnium Ecclesiarum, & veram obedientiam præstemus Papæ, tanquam successori S. Petri & Vicario Jesu Christi in correctâ editione posuerit: ea debet Papæ subjectio, quam sancta Concilia sanctique Patres ubique Christianos docuerunt.

Postremo Bossuetium §. 212. in fundamenta salutis reposuisse, a Protestantibus, adorationem unius Dei Patris, Filii & Spiritus sancti, & fiduciam in unico Salvatore, hæc autem verba

in aliis editionibus omisſiſſe, ſicut & Sæc. XVII. hæc: certe in omnibus hiſce explicationibus, quæ verum fidei noſtræ fundamentum complectuntur, non reperitur ullum verbum, quod repugnet hiſ duobus principiis ſive directe ſive per conſecutionem, qui igitur ſententur Eccleſiam Romanam credere & profiteri omnia, quæ ſunt eſſentialia ad conſervandam ſubſtantiam Chriſtiane Religionis, ita ut nullo rationis fundamento dogmata iis contraria nobis adſcribere queant, eos ſimul ex propriis ipſorum principiis conſiderari oportet, Eccleſiam Romanam eſſe veram ac genuinam partem Eccleſiæ Chriſti, cum qua quilibet Chriſtianus & corde ſuo & ipſo actu, quantum in ſe eſt, ſemetipſum unire debet.

A. C. 1671.

§. XXXIX.

*Bosſuetii liber communi approbatione
& applauſu exceptus.*

Quamvis igitur Proteſtantes tot commenta, fraudesque ad imminuendam hujus libri auctoritatem adhibuerint, prævaluit tamen luculentiffima ipſius operis præſtantia, quapropter ſolemnior illius approbatio etiam Romæ apud Clementem X. urgebatur, quam tamen Italorum nonnulli præpediebant, qui inter fidei præcepta immiſceri exoptabant ea, quæ tamen

N n 3

vel

Sæc. XVII. vel nonnisi Ecclesiæ disciplinam, vel
 A. C. 1671. Scholasticorum opiniones respicere, ab
 aliis creduntur. Nihilominus Bossie-
 tiana expositio ab omnibus tanti ho-
 batur, ut cuncti ferme Episcopi, et
 ipsemet Ludovicus Franciæ Rex Impe-
 centium XI. rogarent, quatenus hunc
 librum sua etiam auctoritate firmare-
 Et propter Papa illum doctissimis Car-
 dinalibus ac Theologis examinandum
 tradidit, qui unanimi suffragio hunc
 librum Catholicæ doctrinæ nucleum
 continere, ac maximæ utilitatis esse
 censuerunt, atque inter eos præcipue
 Hyacinthus Libellus Magister S. Palatii
 illius doctrinam ex integro sanam esse, et
 habere erroris umbram, & Cardinalis
 Bona Authoris methodum Geometriæ
 esse, & ex certis principiis communibus
 & approbatis procedere, seque in illo
 nisi summa laude dignum reperisse
 stati sunt: ipse etiam Pontifex, postquam
 quam hanc expositionem attente
 piusque perlegerat, die quarta Januarii
 anno hujus sæculi septuagesimo nono
 in approbationis suæ testimonium
 Bossuetium sequentem transmisit
 stolam:

„Libellus de Catholicæ fidei expo-
 „sitione a fraternitate tua composita
 „nobisque oblati, ea doctrina, et
 „que methodo ac prudentia scriptus

„est, ut perspicua brevitare legentes Sæc. XVII.
 „doceat, & extorquere possit etiam ab A.C. 1671.
 „invis Catholicæ veritatis confessio-
 „nem. Itaque non solum a nobis com-
 „mendari, sed & ab omnibus legi, at-
 „que in pretio haberi meretur. Ex
 „eo sane non mediocres in Orthodoxæ
 „fidei propagationem, quæ nos præ-
 „cipua cura intentos ac sollicitos ha-
 „bet, utilitates redundaturas, Deo bene-
 „juvante confidimus: ac vetus interim
 „nostra de tua virtute ac pietate opi-
 „nio comprobatur, magno cum incre-
 „mento spei jam pridem susceptæ, fore,
 „ut institutioni tuæ creditus eximia,
 „hoc est paterna, avitaque præditus
 „indole Delphinus, eam a te hauriat
 „disciplinam, qua maxime informatum
 „esse decet Christianissimi Regis filium,
 „in quem una cum florentissimo Regno
 „Catholicæ Religionis defensio perven-
 „tura est: idque perenni cum Regis
 „ipsius decore, qui fraternitatem tuam
 „inter tot egregios viros, quibus Gal-
 „lia abundat, ad opus potissimum ele-
 „git, in quo publicæ felicitatis funda-
 „menta jacerentur; cum divino docea-
 „mur oraculo, Patris gloriam esse fi-
 „lium sapientem. Tu perge alacriter
 „in incepto, ad quod incitare te præter
 „alia magnopere debet, qui jam appa-
 „ret, laborum atque industriæ tuæ
 „fru-

Sæc. XVII. „fructus. Audimus enim, & quidem
A. C. 1671.

„ex omnium sermone, ac magno com
„animi nostri solatio, inter tot preme
„tia mala audimus, Delphinum ipsu
„magno ad omnem virtutem impetu
„ferri, & paria pietatis atque ingen
„documenta præbere. Illud tibi pr
„certo affirmamus, nulla in re deivi
„cine te arctius posse paternam nostram
„erga te voluntatem, quam in regi
„adolescente, bonis omnibus, & Reg
„maximo dignis artibus imbuendo, u
„is adulta postea ætate, barbaras ger
„tes & Christiani Nominis inimicas
„quas Parentem inclytum reddita Eu
„ropæ pace, & translatis in orientem
„invictis armis, imperio late suo ab
„jetturum speramus, Victor & ip
„sanctissimis legibus moribusque con
„ponat. Devotionem interim atque
„observantiam, quam erga sanctam
„hanc Sedem nosque ipsos, qui in ea
„Catholicæ Ecclesiæ immerito præ
„demus, tuæ ad nos literæ luculenter
„declarant, mutux Charitatis affectu
„complectimur; cujus profecto in om
„nibus, quæ se dederint, fraterni
„tati tuæ argumenta non deerunt: tibi
„que Apostolicam benedictionem per
„amanter impertimur.,

Huic approbationi Pontificiæ accep
serunt pene innumera Cardinalium
Archie

Archiepiscoporum, aliorumque Præ-^{Sæc. XVII.}
 sulum testimonia, ac demum celebra-^{A. C. 1671.}
 tissimus hic liber in Anglicum, Itali-
 cum, Hibernicum, Germanum, Ba-
 tavicum, & latinum idioma & quidem
 a Claudio Fleyrio translatus iteratis
 prælis prodiit, ceteris tamen melior
 editio est, quæ Parisiis curante Seba-
 stiano Cramoisis anno Domini millesi-
 mo sexcentesimo octogesimo sexto ex-
 cusa fuit.

§. XL.

*Controversia inter Tornacensem Epi-
 scopum & Regulares.*

Postquam Gilbertus Choiselius Tor-^{Recueil des}
 nacenensis Episcopus Ecclesiæ suæ ^{Aff. du}
 possessionem adierat, die vigesima quarta ^{Clergé de}
 Aprilis promulgato edicto, omnes utrius- ^{Franc. t. 2.}
 que Cleri Sacerdotes die vigesima Men- ^{pag. 357.}
 sis Maij in Episcopali Palatio adesse
 iussit, ut pro administrando Pœniten-
 tiæ Sacramento, & annuntiando Dei
 Verbo rursus ab Episcopo examina-
 rentur, etiamsi ab ejus Prædecessori-
 bus aut Sede Vacante ab eorum Vica-
 riis fuissent approbati. Præstituta die
 viginti duo Regularium Superiores Epi-
 scopum adiere, atque ex eis Augusti-
 nianorum Prior libellum supplicem a
 ceteris subscriptum Episcopo tradidit,
 Nn 5 at-

Sæc. XVII. atque a novi examinis lege se exemptum
 A. C. 1671. esse declaravit: cum autem tum Episcopus

Regi ad Diæcesin venturo in
 obsequia præsens deferre cogere-
 t. examini huic interesse præpeditus, præ-
 fixum Regularibus terminum ad diem
 decimam quintam Julii prolongari
 ac interim Regularibus jam antea ap-
 probatis suo munere fungi permit-
 tere. Quoniam vero Regulares præcipue
 tempore sese examini sistere renuerunt
 simulque Episcopo declararent, quod
 jam semel approbati nova approba-
 tione haud indigerent, ac potius a
 sacro Tribunali & Cathedra abstinere ve-
 lunt, hinc Episcopus Tornaci die de-
 cima Julii ad omnes Diæcesis suæ Sa-
 periores prorogata interim approba-
 tione hanc epistolam transmisit: „Scilicet
 „ad vos Fratres charissimi, ut certum
 „res faciam meæ erga vos benevolenti-
 „tæ, propensæque voluntatis: In quo
 „mum induxeram ire ad vos ante
 „decimam quintam hujus Mensis diei
 „ut juxta promulgatum antea decem
 „tum omnes Concionatores, & Con-
 „fessarios approbatione dignos appro-
 „barem: sed prohibitus sum usque
 „huc, cum Rex diutius in ista Provin-
 „vincia commoratus sit, quam commo-
 „ratorum credideram, fueritque me
 „officii, ut eidem adessem, ipsius munus
 „de-

„data excepturus, & me alia etiam ne- Sæc. XVII.
 „gotia urgentia retardarint: Ne vero A.C. 1671.
 „præscriptum tempus elabatur, & plebs
 „Christiana spiritualibus vestri mini-
 „sterii auxiliis privetur, his volui lite-
 „ris vobis significare, me datum antea
 „temporis spatium prorogare, donec
 „ad Vos accedam, vobisque interea
 „antiquis approbationibus uti, & fide-
 „lium confessiones excipere, ac Verbum
 „Divinum prædicare liceat. Quam pri-
 „mum autem vobis adero, ut pro Pa-
 „storali charitate parcam vestris sump-
 „tibus, & itineris labori. Valete
 „Fratres dilectissimi, quos in Christi
 „Visceribus amplector.

Gilbertus Episcopus Tornacensis.

Ut vero Episcopus populi tumultum præverteret, die decima quarta Julii novo edicto omnibus etiam Regularibus obtentas olim prædicandi, ac confessiones excipiendi facultates prorogavit, donec aliter decretum fuisset: Hoc edictum Regulares die vigesima ejusdem Mensis gratanter acceptarunt; Episcopus tamen, ut eos ad novum examen adigeret, Regem supplex adiit, quatenus Episcopalia juræ, regia etiam auctoritate tueri vellet. Igitur Ludovicus Rex Boucharto & Fieubeto, quos a secretis habuit, injunxit, ut Episcopi

Sæc. XVII. scopi Tornacensis edictum, totamque
 A. C. 1671. controversiam unacum Parisiensi Archi-
 episcopo, Contio Decano, & Patre
 Ferriero Jesuita Regis Confessario dis-
 scuterent, ac desuper una omnes coram
 Rege referrent. Eodem tempore Re-
 vicissim per Pellectierum Flandriæ Prae-
 fectum Regularibus significari iussit, ut
 suas, quas contra Episcopi edictum
 haberent, rationes coram præfatis Re-
 giis Deputatis exponerent: cum au-
 tem jam dudum Maximilianus Tornacensis
 Episcopus Jesuitis in pari contro-
 versia Congregationis Cardinalium
 S. Concilii Tridentini decisionem die
 vigesima Junii Anno 1620. emanatam
 opposuisset, vi cuius declaratum, Pre-
 byteros Societatis Jesu nequaquam
 confessiones sæcularium audire nisi ab
 plenitudine tua per examen, si illi videtur
 necessarium, aut alias non idonei iudicantur,
 approbentur, nec posse eosdem in Ecclesiis
 sui Ordinis prædicare, nisi post præfata
 benedictionem, in aliis vero Ecclesiis præ-
 dicare volentes etiam licentiam habere tem-
 aliunde vero per Regis edictum Parisi
 die quarta Martii ante biennium de-
 claratum esset, Agenensi Episcopo Re-
 gularium approbationes revocandi jus
 competere, ac denique Clemens X. no-
 vissime decidisset, quod Regulares sim-
 pliciter & absque temporis limitatione

ab ipsomet Episcopo (*secus si ab ejus* Sæc. XVII.
Vicario, aut Episcopis Antecessoribus) A. C. 1671.
 approbati non possint ab eodem iterum
 examinari, his igitur rationibus ex-
 pugnati Regulares, Tornacensis Epi-
 scopi edicto cesserunt. Accusabatur e-
 quidem hic idem Episcopus a qui-
 busdam, quod nimium severus, &
 & proin Jansenismo addictus esset, ve-
 rum hanc labem, quam laxioris do-
 ctrinæ hostibus inurere, tum veluti in-
 consuetudinem transibat, ipsemet ab-
 sterfit Anno 1678. die 24. Aprilis hæc
 ad Innocentium XI. Papam perscribens:
hoc possum coram Deo profiteri, Beatissime
*Pater, me nunquam Jansenii patrocini-
 um suscepisse, sed quinque propositiones dam-
 natas semper damnasse ex animo. Ejus-
 modi Jansenismus, profecto ridiculum
 phantasma & puerile terriculamen-
 tum est.*

§. XLI.

*Opiniones Cartesi a Sorbona exu-
 lare jussæ.*

Obiit jam anno priori Harduinus Pe-
 refixius Parisiensis Archiepiscopus, Argentre
 l. c. Coll.
 Jud. p. 138.
 tom. 3.
 ad quam Ecclesiam a Ludovico Rege
 denominatus est hoc anno Franciscus
 Harlæus, qui doctrinas perniciosas a
 Scholis arcere intentus, Parisinæ Fa-
 culta-

Sæc. XVII cultati Theologicæ Mense Septembris
 A. C. 1671. denuntiari iussit, eam esse Regis vo-
 luntatem, ut novæ Cartesii opiniones
 in Scholis rejicerentur: idem quoque
 Rectori Universitatis Studii Parisiensis
 præcepit: Hæc vero mandata Facul-
 tas Theologica admodum accepta, ta-
 taque habuit, ac Cartesii sententiam
 eliminavit.

§. XLII.

*Controversia de Auctore libri de im-
 itatione Christi.*

*Heser. Di-
 optra Kemp.
 Ejusdem
 summul. ap-
 par. Const.
 Lexic. Germ.
 Thom. He-
 ser.
 Hode Hist.
 de Louis
 XIV. l. 32.
 pag. 397.*

Multis abhinc annis majore animo-
 rum contentione, quam laboris
 utilitate in Galliis agitabatur inter
 Benedictinos & Canonicos Regulares
 controversia de genuino Authore
 libelli *de imitatione Christi*. Hujus con-
 tentionis primum lapidem posuit
 hujus sæculi quarto Petrus Man-
 quez (*) natione Hispanus, qui libel-
 lum de imitatione citatum reperit
 collationibus S. Bonaventuræ, cui
 tamen hic Doctor jam anno Christi na-
 lesimo ducentesimo septuagesimo quatuor-
 obierit, & Thomas Kempensis primus

(*) Celebris Auctor credit, quod ceteris
 prior Thomæ Kempensi movisset litem Joban-
 phus Creswellus aut Guilielmus Battus
 ambo Jesuitæ.

Sæc. XVII.
A. C. 1671.

anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo nono primam lucem aspexerit. Tum vero in genuinum hujus libri Auctorem indagari cæptum: nonnulli credebant Joannem Gersonium, qui tamen Monachus non erat, alii D. Bernardum, qui tamen ante S. Franciscum, quem hujus libri Auctor cap. 50. lib. 3. allegat, septuaginta tribus annis prius obiit, Pauci quemdam Cartusianum reputabant, ast Cartusianum Cartusianos in Regularis observantæ exemplum Cartusianis proposuisse, vero haud simile est. Denique PP. Benedictini hunc librum vindicant Joanni Gersen Vercellensi Abbati ad S. Stephanum, & Canonici Regulares Thomæ a Kempen Canonico Regulari Montis sanctæ Agnetis. Pro alterutra sententia prodeunt utrinque magni nominis Pugiles, acuuntur etiam exterorum calami, eruuntur ex scriniorum pulveribus vetustissimi Codices, e tumulis suis evocantur testes, nec minus acriter, ac olim pro Homero in Græcia, pro aurei libelli auctore in Gallis & Germania depugnatur. Primi in arenam pro Kempensibus descendunt P. Rosweidus & P. Henricus Sommelius Jesuitæ, quibus sese opposuere non pauci, ac præprimis Pater Rosignolius itidem Jesuita: adversus hunc
insur-

Sæc. XVII. infurrexit denuo Rosweidus pariter
 A. C. 1671. cius, quem tamen sicut & ejusdem
 iudicium Kempenses Constantinus Cajetanus
 Ord. S. Benedicti Abbas Baronus confutabat,
 cujus exemplum quebatur Valgravius Benedictinus,
 Joanne Frontone Parisiensi Canonico Regulari
 & Simone Werlino Præposito Dießensi impugnatus;
 Ad novam pugnam provocatus Constantinus,
 anno hujus sæculi quadragesimo quarto
 Romæ Apologiam edidit, quam rursus
 Reverendissimus Dießensis Præpositus
 refellere nitetur. Accessit quoque
 Gersensis Joannes de Launoy, contra
 quem sicut & contra omnes erant
 Georgii Heferi manus.

Fervente literario hoc prælio
 Chelius Cardinalis anno Incarnationis
 Dominicæ millesimo sexcentesimo
 dragesimo primo novam libri de
 tatione editionem Regiis typis
 jussit, quo comperto Joannes Gregorius
 Tariffus primus Generalis Congregationis
 Benedictinæ S. Mauri Cardinalem adiit,
 utque sub nomine Joannis Gersensis
 librum hunc excudi permitteret,
 supplicavit, hancque in rem
 tuor Codices, Padolironensem, Allacianum,
 seu Biscisanum, Cavensem & Gersensem
 seu Venetum, quibus nomen Gersensis
 erat adscriptum, eidem obtulit.

Sæc. XVII.
A. C. 1671

Cardinalis vero, ne præcipiti consilio quicquam hac in re definiisse crederetur, quosdam delegari petiit, qui hos Codices exactius Romæ inspicerent: Selegabantur a PP. Placido & Joanne Ordinis Benedictini Procuratoribus inter alios præcipue Cardinalis Joannes Franciscus Bagnius, Gabriel Naudæus Prior Adigeanus, & Floraventes Martinellus. Hos inter Thomas Carre Canonicis favebat & Naudæus hosce Codices fuisse adulteratos pronuntiabat, totiusque rei seriem ad Puteanos Fratres Parisiis degentes die trigesima prima Januarii anno post Christum natum millesimo sexcentesimo quadragesimo primo perscripsit his verbis:

„Cum solus in Cubiculum meum
 „revertissem, cæpi cum maximo desiderio satisfaciendi conscientiaë meæ
 „prædictos libros evolvere, ac dum
 „omnia in illis penitissime rimarer, inveni, codicem Leonis Allatii titulum quidem præferre Joannis de Canabaco sed eo quidem modo, ut vox illa de *Canabo* velut omissa a scriptore extra lineam, & paulo supra ipsam extaret. Verum quia fieri potuit omisso illius a scriptore, cum alioqui eadem esset manu, eademque penitus forma & rubrica descripta, & exacta, nihil hanc difficultatem moratus, reliquos, qui in eodem volumine

Hist. Eccles. Tom. LXIII. O o tra-

Sæc. XVII. „tractatus continebantur, singulos
 A. C. 1671. „ligenter inspexi, & evolvi, ut si qua
 „esset in illis temporis nota, illam
 „venirem, & ex ea de tempore, quæ
 „liber *de imitatione* scriptus fuisset, con-
 „jecturam facerem. Occurrit ergo
 „dem bulla cujusdam legati Apostolicæ
 „in partes Germaniæ unico folio in
 „pergameno, & data Viennæ anno
 „Christi millesimo quadringentesimo
 „quadragesimo octavo, unde conjectu-
 „ram feci, cum eadem penitus esse
 „scriptura istius Bullæ, quæ & illa
 „de imitatione, non posse omnino
 „bellum scriptum fuisse ante prælatum
 „annum; sed potius multo postea, cum
 „transumptum illius Bullæ fieri potu-
 „rit aliis tantum consequentibus annis
 „1480. vel ad extremum 1500. quæ
 „niam scripturæ illius conditio vix pe-
 „mittit, ut antiquior fuisse ejusmodi
 „tempore censi debeat. Deinde
 „sumpto in manus secundo MS. C.
 „dice, consideravi primum in ejus
 „codex Mantuanus de Podolirone)
 „tulo verborum quamdam inversionem
 „& præposterum ordinem; scilicet:
 „cipit liber Joannis Gerseni primus, Me-
 „deprehendi lituras prioris cujusdam
 „atque Vetustioris tituli, cujus vestigia
 „non nulla velut J H O. & alias lit-
 „ras dimidiatas recentior superadditas
 „titulus

„titulus non bene tegere potuerat; ap- Sæc. XVII.
 „parebant enim statim attentius inspi- A. C. 1671.
 „cienti, neque dici poterat, eas esse
 „expressa signa aliarum literarum, quæ
 „in ejusdem folii adversa parte contine-
 „bantur, quia postea D. Floraventes, &
 „ipsimet Patres eas acumine styli per-
 „forantes diversitatem animadvertente-
 „runt. Denique verba illa: *Liber Joan-*
 „*nis Gerseni primus*, erant multo magis
 „splendenti rubrica exarata, quam se-
 „quentia hæc, *de contemptu mundi*, &
 „*imitatione Christi*, ut vel ex illa sola
 „differentia rubricæ seu minii fraus ipsa
 „patere vel cæco potuisset, ut mittam
 „multa alia signa in illo titulo reperiri,
 „quæ fraudis & mendacii suspicionem
 „statim injiciunt. Unde certum est,
 „licet congregatio S. Justinæ ante du-
 „centos annos defierit esse in comuni
 „hominum sermone; nihil tamen hoc
 „ad istius tituli vetustatem facere, cum
 „plane falsus sit, & alteri vetustiori
 „quamquam æque falso, Joannis Ger-
 „son propter tres illas vetustiores lite-
 „ras J. H. O. inductus, non una quidem
 „Gerson in Gerseni, sed totius tituli in-
 „versione ac commutatione, ne vel
 „Cancellarii vox relicta, vel quædam
 „alia, quæ minime ad Joannem Ger-
 „sen pertinere poterat, fraudi dete-
 „gendo occasionem aperiret; secus e-
 „nim

Sæc. XVII. „nim poterat commodissime litera: O
 A. C. 1671.

„sen efficit, commutari, eodem pro-
 „sus modo, quo sub finem ejusdem
 „Codicis factum est in illis verbis: Eo
 „plicit liber quartus Joannis Gersen de
 „sacramento Eucharistiæ; mihi enim
 „proculdubio est, scriptum antea fuisse
 „*Joannis Gerson*. Sed ne posterior Epi-
 „graphe priori fraudi esset, vix non
 „minus, quam illa experta est. Ad
 „tertium deinde codicem me converti
 „& inspecta diligenter Monachi illius
 „Benedictini effigie crucem in manu
 „gerentis, adduci non potui, ut arti-
 „trarer, illam potius esse Joannis Ger-
 „sen, quemadmodum voluit D. Cos-
 „stantinus Abbas, qui eandem in ære
 „delineari curavit, cum addito in ejus
 „extremo limbo nomine Gersen, quam
 „S. Benedicti, aut alterius sancti, vel
 „etiam Monachi Benedictini in ære
 „cujus est proprium, crucem poenite-
 „tiæ, disciplinæ, jejuniorum &c. præ-
 „sere, maxime cum in primis ejusdem
 „libri paginis contineantur hæc verba
 „*Iste liber est Congregationis Cassinensis*
 „& paulopost asservatur in monasterio
 „*Cavæ*. Ex quo, cum libellus iste ma-
 „tilus in fine existat, nec præferat
 „nomen Authoris, vel temporis notum
 „aliquam, statui propterea apud me esse

Sæc. XVII.
A. C. 1671.

„giem illam imposuisse Abbati Caje-
 „tano, nec ulla probabili ratione con-
 „cludi posse, quod sit potius Authoris
 „hujus libri, quam Benedictini cujusdam
 „(forte D. Bernardi) qui nihil cum illo
 „Authore commune habuerit. Evolvi
 „tandem quartum Codicem, non illum
 „quidem manuscriptum, sed typis exa-
 „ratum (*Januensem, Venetum*) & quod
 „attinet ad scripturam in fine additam,
 „quam Patres illi volebant, priusquam
 „de Authore librorum de imitatione
 „inter Jesuitas interque Benedictinos du-
 „bitatum esset, exaratam fuisse, secus
 „omnino deprehendi, illam se habere,
 „nam recens est admodum, & quod
 „rei caput est, eodem quo secundi libri
 „titulus vitio laborat; etenim falsa est,
 „& alteri vetustiori superinducta tam
 „rudi artificio, ut lituræ verborum in-
 „tegre appareant, ubi scilicet Lacunæ
 „aliquot relictae sunt, & reliqua verba
 „expressa vitium in principio, aut in
 „fine produnt, ac inter reliqua ex voce
 „illa, *Thomas*, quæ in priori scriptura
 „legebatur, tam inepte quisquis ille
 „fuit, vocem hanc *Joannes* effinxit,
 „ut cum D. Vincentius Galleottus Emi-
 „nentissimi Domini Cardinalis mei Au-
 „ditor, ut vulgo dicitur, bona fide,
 „& nulla falsitatis illius suspicione cau-
 „tior factus scripturam illam legeret,
 „non

Sæc. XVII. „non *Joannes*, sed *Thomas* pronuncia-
 A. C. 1671. „rit, idemque & mihi prius, & uni-
 „cuique alteri accidere potuisset.

„De quibus omnibus, cum ad Emi-
 „nentissimum D. Cardinalem retulissen
 „ac ipse visu ac diligenti inspectio
 „omnia, quæ in illis libris notaveram
 „ita se habere animadvertisset, venit
 „nihilominus, ut D. Floraventis iudic-
 „cio res eadem committeretur, qui
 „post meridiem, cum in Musæum
 „meum venisset, & omnium ejusmodi
 „falsitatum, ac oppositionum rationes
 „fundamenta que examinasset, nihil he-
 „buit, cur a mea sententia discederet
 „sed hominum potius nequitiam ad-
 „miratus est, qui omnia vertunt, ut
 „possint affectibus, & semel concep-
 „tæ opinionibus inservire. Quid tandem
 „Venerunt statim postea PP. Placidus
 „& Joannes, Tabellionemque secum ab-
 „duxerunt cum folio, ut relationem
 „D. Floraventis & meam de libris
 „ejusmodi a nobis visis atque examina-
 „tis coram Domino Cardinali acciperent.
 „rent. Ast ego P. Placidum admone-
 „falsitatum, ipsisque in præsentia
 „tris etiam Joannis ac D. Floraventis
 „& ipsiusmet notarii, in examen re-
 „sus vocatis, tam liquido de singulis
 „constitit, ut prædicti Patres publicè
 „declararint, non e re sua fore, intro-
 „mentum illud fieri, quo potius iudicium

„lari eorum caussa posset, quod Domino Sæc. XVII.
 „Galleotto Auditori jam nominato pa- A.C. 1671.
 „riter visum fuit, ac demum etiam
 „Eminentissimo Cardinali a Balneo Do-
 „mino meo, quem P. Placidus adire
 „eo solo nomine voluit, ut ab eo re-
 „sciret, quænam demum esset illius de
 „MS. ejusmodi sententia, quam post-
 „quam vidit, in eo potissimum sitam
 „esse, ut dictos manuscriptos Codices,
 „nihil quod sanum esset, nihil, quod
 „bonum aut verum continere assereret,
 „statim dictus P. Placidus juratus an-
 „tea, se tot falsitatum, & ineptiarum
 „in scium fuisse, tabellioni pro instru-
 „mento dimidiato integri mercedem
 „solvit, gratiasque habuit nobis omni-
 „bus pro navata solerti opera.,”

§. XLIII.

Continuatio hujus controversiæ.

Postquam hæ ipsæ Naudæi literæ a Inform.
 Frontone Parisiensi Canonico Re- Controv.
 gulari divulgatæ fuerant, Robertus D. Amort.
 Quatermarius & Valgravius Benedictini Dissert. Crit.
 Naudæum perfidiæ accusarunt, perinde P. Merz.
 ac si ipsemet hosce Codices, sibi a Con-
 stantino Abbate commodatos deprava-
 vasset. Inde ira commotus Gabriel
 Naudæus, ut suam vindicaret famam,
 plures edidit libellos, remque ad Par-
 lamen-

Sæc. XVII. lamentum devolvit, a quo etiam die
 A. C. 1671. duodecima Februarii Anno hujus se-
 culi quinquagesimo secundo obtinuit,
 ut ambo Benedictini verba illa, quibus Naudæus perfidiæ insinulabatur expungere juberebantur, simulque libe-
 sub nomine Joannis Gerseni imprimi prohiberetur: cum ergo jam antea Richelius quoque, etsi P. Sirmondus tum maximi in Francia nominis Jesuita, Codicem ante Kempensis tempora scriptum produxisset, librum tamen addito Authoris nomine imprimi precepisset, Parisienses Canonici victoriani canere cæperunt, atque inter eos Denosius præter totius controversiæ resolutionem librum edidit, cui titulus *Triumphus Thomæ de Kempis.* Ab eodem Delfau Benedictinus, & Laynoyus contra festim oppositis dissertationibus illis palmam e manibus eripere laborarunt.

§. XLIV.

Archiepiscopi Parisiensis judicium in hac causa.

Le Cerf Bibl. Hist. crit. Mabil. in animad. ad Kemp. vind. num. 6. Interim Benedictini vetustissimos decem Codices manuscriptos con-
 gesserunt, atque inter eos etiam Podlironensem & Biscianum, quos Naudæus depravatos censebat, præter Co-

dicem Abbatiae ad S. Udalricum Au-
 gustae scriptum Anno 1437. Weingar-
 tensem die Anno 1433. & duos Melli-
 censes de Anno 1434. & 1421. qui om-
 nes Codices ante Codicem Antverpien-
 sem ab ipso Thoma de Kempen con-
 scriptum manu exarati erant (*): Hos
 igitur omnes Benedictini Francisco Har-
 laeo Parisiensi Archiepiscopo examinan-
 dos hoc anno tradiderunt. Hic ergo
 mox Carolo de Cointe Congregationis
 Oratorii Presbytero, Faureo, Viono,
 D'Herualio, Valesio, Baluzio, Cang-
 neo, & Coteliero Viris in arte critica
 doctissimis juxta ac versatissimis trede-
 cim Codices manuscriptos, in quibus
 opusculum de imitatione continebatur,
 die decima quarta Augusti, tradidit,
 ut desuper suum quisque judicium fer-
 rent. Hi ergo post maturum ac dili-
 gens examen testati sunt, Codices a
 Naudæo in dubium vocatos esse om-
 nino genuinos, atque ante annos du-
 centos, scriptos, ceteros quoque, qui
 Joannis Gerseni nomen exhibent, ab
 O o 5 omni

(*) Exstat etiam Codex Lovaniensis ab eo-
 dem V. Thoma exaratus, cum autem nullam
 habeat adscriptam notam anni, dubium ma-
 net, an non forte hic idem Thomas hunc li-
 brum e vetustiore Codice descripserit, non
 autem ipse composuerit.

Sæc. XVII. A. C. 1671. omni falsitate esse immunes, quorum
 A. C. 1671. judicium Parisiensis Archiepiscopus
 sua quoque auctoritate confirmavit, quocirca Benedictini iterato prælo Pa-
 risiis opusculum de imitatione sub no-
 mine *Joannis Gersen de Canabaco* O.
S. Benedicti Abbatis Vercellensis tempore
 post anno excudi curarunt, simulque
 Slusianum Codicem, qui Joannis Ger-
 senii nomen præferebat, obtulerunt,
 quem pariter Parisienses Critici præ-
 fato anno die vigesima tertia Augusti
 satis vetustum censuerunt: cum vero
 Canonici regulares anno hujus sæculi
 octogesimo primo die quarta Martii alios
 Codices præfatis criticis deferrent, hec
 que illorum auctoritatem solemniter testi-
 monio confirmassent, Benedictini Ar-
 chiepiscopum rursus interpellarunt, tan-
 tumque effecere, ut peritissimi hi Critici
 consonum priori testimonium dede-
 rint. Sexto post anno die vigesima
 octava Julii Mabillonius ex Italia rever-
 sus, secum tres alios Codices, atque
 inter eos Aronensem ab Andrea Majorano
 Genua Aronam delatum, atque in
 Sæculum XV. scriptum prælaudans
 Parisiensibus Criticis tradidit, qui
 Codices ab omni depravationis suspi-
 cione absolverunt, & Aronensem hanc
 inferiorem esse trecentis annis pronun-
 tiarunt. Pariter Edmundus Marten

Benedictinus Congregationis S. Mauri Sæc. XVII. A.C. 1671.
 alios duos MS. Codices Gerfenii nomine insignitos, ac post annum 1420. scriptos protulit; quocirca Parisiensium Criticorum judicio eodem anno die octava Julii res in favorem PP. Benedictinorum comprobata est, nullatenus tamen finita; Canonici enim Regulares, pluresque alii pro Thoma pugnantibus haud infirmis rationibus demonstrarunt, Codices ab adversa parte productos vel librariorum incuria, vel aliorum fraude corruptos fuisse, & antiquissimos Codices ab omni depravationis crimine immunes, præcipue Kirchemianum de Anno 1425. & Augustanos in Abbatiis ad S. Crucem & S. Georgium necnon in ejusdem Urbis Bibliotheca asservatos opposuerunt: Attamen hæc controversia præcipue in Germania sæculo decimo octavo rursus maximo partium ardore, exiguo autem utilitatis, veritatisque emolumento agitata fuisset, nisi uterque sacerdos, sicut præcepta in aureo hoc libro contenta exequendi palmam sibi vendicare nititur, ita etiam ardentem eorum Auctorem suis annumerandi gloriam simul adhucdum æmularetur: Ceterum Clem. XIV. Papa in suis epistolis, si tamen ipsius sunt, hujus aurei libri auctorem nec Thomam Germanum, nec aliquem Gal-

Sæc. XVII. Gallum fuisse autumat, eo quod in
A. C. 1671. cap. 5. l. 4. dicatur, quod *Sacerdos* ha-

Clem. XIV.
Epist. 12.
part. 1. p. 50.
epist. 85.
pag. 149.

beat ante se & retro *Dominicæ Crucis* gnum in casula, cum tamen constat quod apud Gallos duntaxat in tempore Crucis imago depicta reperitur: hunc ergo librum ab Italo conscriptum, et aliusque Auctorem esse Gerfenem Vescellensem Abbatem existimat: nomine etiam Parisiensis Curia hunc librum nullo apposito Auctoris nomine excuscuravit, ne alterutri parti accessibile deatur.

§. XLV.

Patris Quesneli reflexiones morales.

Expl. Apol.
des sent. du
Quesn. p. 20.
Niceron t. 18
erud. p. 387.
Calmet Hist.
Univ. t. 17.
l. 157. §. 68.
pag. 567.
P. Honoré
Carme Dech.
observat.
dogm. sect. 4.
§. 2.

Nondum grave vulnus, quod quorundam Præsulorum Gallorum peritina Ecclesiæ inflixerat, præterea Clementis X. pace obductum erat, cum illius cicatricem Paschasius Quesnellus hoc anno rursus refricaret novo suo Testamento Gallice reddito, & reflexionibus in quatuor Evangelistas illustratis. Hæc enim cum Montensi nuper detecta fere conspirabat, nisi quod, quod Montensis a vulgata discrepat, Quesnellus verba ad Vulgatæ normam inflexerit, nihilque de græcis textibus immiscuerit, ne sibi negotium facillimum, uti ipsemet Quesnellus in sua ad

Clementem XI. epistola die 22. Julii Sæc. XVII.
Anno 1712. data testatur: A. C. 1671.
Moralium

autem considerationum occasionem
Quesnellio dederat Lomenius Comes
de Brienne Regis Minister, Regnique
Secretarius: Hic enim, cum mundi
tædio affectus ad Patres Oratorii se-
cessisset, quadam die ab aliis intellexit,
quod Nicolaus Jourdain primus Pari-
siensis Oratorii Superior verba a Christo
Domino pronuntiata in unum college-
rit, notisque latinis illustrata prælo
subjecerit: Hunc vero librum præfa-
tus Comes denuo iu publicam lucem in
lingua Gallica edere cogitabat, quo-
circa Quesnellum rogavit; ut latinas
Nicolai notas Gallice redderet, hacque
ratione plurimum utilitati consuleret.
Annuit Quesnellus Comitibus voto, has-
que notas in Gallicam linguam tran-
stulit, ac insuper præfationem, & con-
siderationes quasdam de suo adjecit
Sauverati typis editas. In hujus libri
lectione Marchio de Laigne, qui pa-
riter cum Oratorii Patribus pari vitæ
societate fruebatur, adeo sese oblecta-
bat, ut de Quesnelli ingenio majora
adhuc sibi pollicitus, eundem adige-
ret, quatenus etiam quatuor Evange-
lia ejusmodi annotationibus explanare
vellet: Fecit id quoque Quesnellus,
huncque librum adhuc scriptum Mar-
chioni

Sæc. XVII
 A. C. 1671. chioni tradidit, qui illum Felici Vi-
 larto Catalaunensi Episcopo legendum
 præbuit, cui tantopere placuit, ut eun-
 dem ipse pervolveret, aliisque Viris
 doctis examinandum præberet, eo scilicet
 ut ejusdem lectionem edicto novæ edi-
 tioni præfigendo Diæcesis suæ Clero
 commendaret: cum autem Prælati
 Catalaunensis, Archiepiscopo Parisiensi
 Francisco Harlæo inscio, hunc librum
 typis edi nollet, Marchionem sollicitum
 tabat, quatenus ab Archiepiscopo alio
 jurato Jansenistarum hoste approbationem
 impetrare vellet, qua obtenta huius
 liber Parisiis hoc anno publici juris
 factus est, sub titulo: *Considerationes
 rales in quatuor Evangelistas*: Fatetur
 men ipse Quesnellus, quod postea huius
 considerationes novis annotationibus
 plurimum auxerit, & reliquas
 Testamenti partes pariter ejusmodi re-
 flexionibus donavit, typisque anno
 hujus sæculi octogesimo septimo,
 nonagesimo tertio ediderit. Mortuo
 larto Episcopo, Ludovicus Antonius
 Noailles ejus Successor die vigesima
 tertia Junii anno hujus sæculi nonagesimo
 quinto suo Clero & populo huius
 libri lectionem speciali mandato com-
 mendabat. Hujus exemplum sequen-
 tibus Guilielmus Urfæus Lemovicensis,
 Joannes Baptista Gasto Catalaunensis

nensis, Henricus de Biffi Tullensis Epi-
 scopus, quinimo celeberrimus Jacobus Sæc. XVII.
A.C. 1671.
 Bossuet Meldensis Episcopus anno
 Christi millesimo sexcentesimo nonage-
 simo nono Quesnelli considerationes
 edita apologia vindicavit. Nec tamen
 propterea credendum, quod Quesneli
 reflexiones ex publica horum Præsu-
 lum auctoritate & continua plusquam
 quadraginta annorum possessione in
 Gallis præscripserint; non enim
 quietam habuere possessionem: *nonnulli*
enim, ut ipsemet Quesnellus testatur in
 epistola ad Clementem XI. data, *ob-*
murmurabant, & Formagæus Sorbonæ
 Doctor centum nonginta novem propo-
 sitiones ex hisce considerationibus ex-
 cerptas hæresis, aliorumque errorum
 nota perstrinxit: ipse etiam Vialartus,
 cum hunc librum adhuc oppido exi-
 guum hoc anno approbaverat, triginta
 quatuor loca emendanda observavit,
 alii in tertia editione jamjam decem,
 in subsequenteribus plusquam quinquaginta
 propositiones postea damnatas nota-
 runt. Denique Bossuetus quidem
 anno hujus sæculi nonagesimo nono
 plurimas Quesnelianarum reflexionum
 propositiones ad sensum Catholicum
 detorquere satagebat, hancque in rem
 justificationem seu vindicias composuit,
 consensitque, ut suum judicium novæ
 illius

Sæc. XVII. illius anni editioni præfigeretur, ea
A. C. 1671. tamen lege, ut viginti sex propositiones
 corrigenterentur: postquam vero non nisi paucissimas, de quibus conventum
 erat, correctas noverat, ipse sua justificationem suppressit: non ergo
 Quesnelistæ habent, quod de tot Præfulum approbatione gloriarentur.

§. XLVI.

Quædam Clementis X. Constitutiones.

Bull. magn. Clem. X. tom. 6. Inter plures Constitutiones Clemens X. hoc anno die vigesima octava Januarii & septima Februarii confirmavit S. R. E. Cardinalium declarationes de cultu hominum memoriam excedente Beatæ Ludovicæ, & Ferdinandi III. Regis Castellæ & Legionis. Extendit etiam die decima sexta Februarii indulgentias Sodalibus S. Rosarii concessas ad omnes, qui quolibet Mense processioni & Missæ interfunt: Transiit quoque Festum S. Didaci ad decimam tertiam Novembris. Die autem vigesima sexta Martii Bullam Cænzæ innovavit, ac die sexta Aprilis Universitate studii generalis in Urbinatensi Civitate erexit, concessis iisdem privilegiis quibus Ferrariensis Academia fruëtur. Declaravit insuper Pontifex die decima quinta Maij, quod Romani aliqua

aliquæ ditionis Pontificiæ Nobiles com-
 mercia sine præjudicio Nobilitatis exer-
 cere valerent. Sequentis vero Mensis
 die decima concessit Pontifex, ut offi-
 cium & Missa de B. Gundisalvo Ama-
 rante Ord. Præd. non modo in Lusitania,
 sed in toto S. Dominici Ordine
 celebrari possit, & Theatini officium
 de Purificatione B. V. cum octava quot-
 annis recitare valeant. Denique Ec-
 clesias visitantibus concessit indulgen-
 tias in die SS. Augustini, Monicæ,
 Nicolai Tolentinatis, Thomæ de Vil-
 lanova, Benedicti, Scholasticæ, Pla-
 cidi, Mauri, & Nominis Mariæ om-
 nibus Hispanis, qui die decima septi-
 ma Septembris Missæ interfuerint.

Sæc. XVII.
 A. C. 1671.

§. XLVII.

Diversæ S. Congregationum Romanarum decisiones.

Exortis subinde dubiis sacræ Congre-
 gationes Romanæ varias ediderunt
 decisiones, & quidem Rota Romana
 die vigesima Aprilis declaravit, quod
 in indulto, quo in Oratorio privato
 Missam in petentis & familiae suæ præ-
 sentia celebrandi facultas conceditur,
 nomine familiae duntaxat Agnati ve-
 niant, v. g. Pater, Mater, Uxor pe-
 tentis, Filii, Filix, Nurus & Nepotes,
 Hist. Eccles. Tom. LXIII. Pp dam-

S. Congr.
 Rotæ Rit.
 Sc. decis.

Sæc. XVII. dummodo cum ipso petente habitent,
A. C. 1671. & ipsius sint commensales, non autem
 famali, nisi actu necessarii. Declara-
 tum quoque die duodecima Junii, quod
 in utriusque Juris dispositione præemi-
 nentiæ concedantur digniori, consue-
 tudo tamen contra Jus attendatur in
 materia præcedentiæ, ad illius quoque
 effectum inter Canonicos attendatur
 tantum Ordo receptionis, non autem
 suscepti majoris Ordinis, & præceden-
 tia debeat ei, qui priori loco fuit de-
 scriptus in Calendario facto de Ordine
 & mandato Capituli. Decisum etiam
 die vigesima nona Augusti a S. Con-
 gregatione Immunitatis, quod Auditor
 Cameræ non habeat facultatem aboli-
 vendi a censuris in causis violatæ Im-
 munitatis Ecclesiasticæ. Denique in
 S. Rota die vigesima Novembris decla-
 ratum, quod Canonici denominantur
 Hebdomadarii, si tales in erectione sint
 vocati, & Hebdomadarii etiam vocen-
 tur Canonici, si ita consuetudo tulerit.

§. XLVIII.

Catholici ex Anglia proscripti.

Rapin Thoir. Postquam in Anglia tam Superiori
Hist. d' Angl. quam Inferioris Curie Senatores
lib. 23. crebris dissidiis inter se scissi tandem
Theatr. Eu- pristinam amicitiam redintegraverant
rop. tom. 10. junctis

junctis viribus Non - Conformistas, si- Sæc. XVII.
 mulque Catholicos opprimere satage- A. C. 1671.
 bant, huncque in finem die vigesima
 prima Martii Carolum II. Regem adie- Salmon hist.
 runt, supplices, ut præcipue Londini d' Angl. t. I.
 & Westmonasterii illorum cætus sup- p. 344.

primeret, atque edicta in Catholicos
 sæpius promulgata omni severitate ex-
 ecutioni dari curaret, Rex igitur die vi-
 gesima prima Aprilis confirmavit Par-
 lamenti edictum, vi cujus omnes, qui
 cætus sub specie Religionis ab Angli-
 cana diversæ haberet, vel Prædican-
 tes, qui illis interfunt, aut alii, qui suas
 ædes locant, gravissima pecuniarum
 multa coercerentur. His nondum con-
 tenti erant Senatores, his insuper post-
 quam juncta Procerum opera die vigesim-
 quarta Februarii porrecto libello supplici
 de periculoso Catholicorum numero ve-
 hementer questi fuerant, simul exposi-
 tis hujus incrementi caussis, nec non
 remediis huic malo opponendis roga-
 runt, quatenus Rex calamitates inde
 orituras prævenire vellet: Porro inter
 aucti Papismi caussas exposuerunt se-
 quentes.

I. Dantur Londini & Westmonasterii,
 diversisque in aliis Regni Provinciis
 longe plures, quam olim, Sacerdotes &
 Jesuitæ, qui Regis subditos seducere
 totis viribus adlaborant.

Pp 2

II.

Sæc. XVII. II. Præter Oratorum ædes in omni-
A. C. 1671. bus præcipuis Regni urbibus, aliisque
 locis, præcipue Londini & Westmona-
 sterii adversus legum præscripta magno
 numero erecta fuere Sacella, ac ædes
 ad quas Regis subditi ad audiendam
 Missam confluunt.

III. In Palatio S. Jacobi, in Here-
 fordensi Provincia, aliisque Regni lo-
 cis præter plures Scholas dantur Sodal-
 itates, & Sacerdotum, necnon Anglo-
 rum Jesuitarum Collegia, in quibus
 juvenus depravatur, & Papismi prin-
 cipia instillantur.

IV. Durante etiam Parlamenti con-
 fessu Catechismi, aliique libri Papistici
 publice venduntur.

V. In Papistis juxta leges convic-
 tendis omnes Magistratus, eorumque
 Ministri admodum secordes sunt.

VI. Recusantes ab omnibus officiis
 onerosis exempti sunt, potiuntur autem
 proficuis, quæ vel per se, vel per al-
 ios exercent.

VII. Fruuntur Papistæ jure præle-
 tandi ad Beneficia sub nomine aliorum,
 ac propterea hæc beneficia passim pro-
 fidentur a Prædicantibus haud idoneis.

VIII. Plures sub melioris educatio-
 nis obtentu suas proles extra Regnum
 instituendas mittunt, eisque Præcepto-
 res assignant, qui nec fidelitatis, nec
 sup

supremi Primatus juramentum præstiterunt, & plerumque hos juvenes ad amplectendum Papismum inducunt. Sæc. XVII.
A. C. 1671.

IX. Quamvis sæpius in recusantes convictos fuerit inquisitum, raro tamen adversus eos sententia fuit executioni data.

X. Hiberni Papistæ ad tantam devenere petulantiam, ut spretis Protestantibus Episcopis suos palam haberent Archiepiscopos & Episcopos, & Lublini, atque in Hiberniæ locis publice Missas celebrarent: Petrus etiam Talbotus existimatus Dublinensis Archiepiscopus Antverpiæ solemnè pompa palam fuerit inauguratus, ac Londinum profectus, suo ibidem functus sit officio, in itinere Cestriam versus a Papistis summis honoribus exceptus, ac *gratiosi* titulo decoratus. Postea Dublinum delatus, magnoque apparatu exceptus, ibidem suas functiones exercuerit, ac hodie dum exercent, necnon resideat in ædibus Talboti Fratris sui, qui apud Regiam Majestatem in procurandis Papistarum Hibernorum causis Procuratorem agit.

Adversus hæc mala proposuerunt remedia sequentia:

I. Rex publico edicto præcipiat, ut intra breve temporis spatium diserte præfigendum omnes Sacerdotes Catholici

Sæc. XVII. tholici & Jesuitæ (exceptis iis, qui
A. C. 1671. juxta Regii connubii pacta tolerantur,
 vel Legatis deserviunt) ex univ^{er}sio
 Regno ejiciantur: omnes vero Ministri
 & Judices &c. leges contra recusantes
 convictos executioni dari curarent,
 utque facilius illos convincere possint,
 illos ad Curias & Tribunalia citarent,
 comminata Regiæ indignationis pœna.

II. Rex præpediat, ne Papistæ ad
 Oratorum ædes, aliaque Sacella in
 Regno tolerata passim confluerent.

III. Præcipiat, ut nullum officium
 vel civile, vel militare ulli Papistæ re-
 cusanti, aut pro ejusmodi habito con-
 feratur.

IV. Penitus supprimat cunctas So-
 dalitates, Collegia vel Scholas in Re-
 gno erectas, necnon Sacerdotes Jesui-
 tas & Monachos ob eorum petulantiam
 castiget.

V. Curiaë Ministris præcipiat, ut
 in recusantes Papistas inquirent, Rex
 vero negligentes Ministros puniat.

VI. Plunkettum, qui sibi Hiberniæ
 Primatis honorem arrogat, necnon Pe-
 rum Talbotum, qui se Dublinensem
 Archiepiscopum vocat, capi, atque in
 Angliam deduci jubeat, ut ad accusa-
 tionum capita contra se proponenda
 respondeant.

Ad hæc querelas Rex respondit, *Sæc. XVII.*
 se Senatorum petitis annuere paratum, *A. C. 1671.*
 æquum vero dignumque esse, ut discrimen fieret inter Papistas recens a
 secta ad fidem Romanam reuersos, & inter Catholicos in sua religione natos
 & educatos, eoquod hi plurima Regi Patri suo, sibi que in prioribus bellis
 obsequia integerrima fide præstitissent: nihilominus Senatorum importunitate
 deuietus, & cruento Patris sui fato ter-
 ritus, edictum promulgavit, vi cuius omnes Sacerdotes Catholici, exceptis
 iis, qui Reginæ vel Oratoribus a sacris seruitiis essent, ante diem vigesimam
 Maij ex universo Regno excederent; Hujus tamen edicti executio remissius
 urgebatur.

§. XLIX.

Eboracensis Dux, ejusque conjux ad fidem Catholicam reuersi.

Ad hunc annum nonnulli referunt Ebo-
 racensis Ducis solemnem ejuratio-
 nem sectæ suæ, quamvis alii Scriptores
 eam ad annum hujus sæculi quinquagesimum octavum revocent: Ut autem sit, id certum est, quod hic Dux
 qui mortuo Carolo II. fratre suo Jacobo II. dictus, Angliæ sceptrum moderabatur, tantisper fidem Catholicam

Calmet Hist. Univ. l. 156. §. 20. p. 312. Hist. Jac. II. Bretonneau Abregé de la Vie du meme.

Sæc. XVII. privatim coluerit: Hic enim, licet
 A. C. 1671. puero in secta Anglicana enutritus
 fuisset, turbatis tamen per Angliam
 rebus in Gallias & Belgium exul
 coactus, ibidem frequens cum Catho-
 licis commerciom fovit, ac prima ve-
 ritatis Catholicæ semina suo cordi in-
 feruit: Expugnabat victrix gratia tam
 feliciter animi sui pertinaciam, ut tan-
 dem de Religionis Calvinianæ falsitate
 magis magisque convictus, errorem
 deponere statueret: Opportune incide-
 rat in existimatæ Reformationis Angli-
 canæ Historiam ab Heylino Doctore de-
 scriptam, in qua adhuc luculentius,
 quam unquam, falsa sectæ suæ prin-
 cipia detexit; quocirca Divinæ gratiæ
 impulsu, priusquam Carolus II. eius
 Frater Regno fuerat restitutus, epi-
 rato schismate Bruxellis Catholicam
 fidem amplexus est, quam aliquamdiu
 adhuc occultam tenebat, donec Ma-
 ria Anna Hyde Clarendoni Comitis Fi-
 lia ejus conjux decessisset; paucis au-
 tem post ejus obitum diebus Dux pol-
 lam hoc anno solemnem hæresis epi-
 rationem in manibus Patris Simonis
 Angli Jesuitæ fecit: Prius autem hoc
 ipso anno præfata hæc Ducissa pariter
 Anglicanæ sectæ virus evomuerat; Jam-
 jam in Gallia quosdam erga Catholicam
 Ecclesiam pietatis sensus hauserat,
 obita

obstabant tamen adhuc præconceptæ Sæc. XVII.
 opiniones, & a teneris imbibitum in A. C. 1671.
 Papam & Catholicos odium, quo fa-
 scinata Ducissa dudum Mariti sui hor-
 tationibus resistit: quoniam vero
 veri luminis agnitio a Deo dependet,
 qui corda Regum in manibus suis te-
 net, & ad sananda illorum corda
 non raro medicinam ex ipso veneno
 præparat, ita etiam Ducissa ex præ-
 fata Heylini Historia aliàs ad animos
 in secta obdurandos aptissima, suæ
 sectæ opiniones nonnisi mere huma-
 num pertinacis iudicii commentum esse
 agnovit; frequenti igitur precatione
 utebatur ad Deum, ut illam illumi-
 nare dignaretur, sedulo postmodum
 utriusque Religionis libros pervolvit,
 ac sæpe cum doctissimis Viris de rebus
 fidei contulit, ponderatisque suæ hæ-
 resis principiis manifeste ex prædictæ
 Historiæ relationibus deprehendit, quod
 Henricus VIII. accerrimus antea Lu-
 theri, suæque sectæ Adversarius, pri-
 mus Regum in Anglia a vera fide at-
 que Ecclesia Romana duntaxat ob ef-
 frænem libidinem defecisset, hisque
 stimulis incitatus iniquæ causæ insti-
 tisset: postea vero Eduardus Rex VI.
 Anglicanam sectam promovisset, insti-
 gatus ab illis, qui ex Ecclesiarum pe-
 culio, spoliisque prædam agentes, res

Sæc. XVII suas auxerant: Elisabetha autem Regina nullo alio titulo, quam odio fidei

A. C. 1671. Catholicæ, & effuso innocentium cruore

ad Regium thronum evecta fuisse.

Hæc pluraque alia sectæ suæ initia & progressus, quorum Deus Author

minime potuisset, ex eadem Historia didicit: nihilominus tamen Scheldonium Cantuariensem Pseudo-Archiepiscopum, & Blanfordum Worcestriensem Anti-Episcopum percipere voluit,

RapinThoir. Hist d'Angl. lib. 23. qui tamen sigillatim de Romana Ecclesia sententiam edicere rogati, Ducissa responderunt, plura in ea observantur, quæ utinam! hodie in Anglia constarent, & quidem inter alia confessionem auricularem, quæ sine dubio esset præcepti, jurisque Divini, necnon preces pro defunctis fieri solitas præter quasdam antiquiores traditiones. His insuper Blandfordus addidit, se nunquam a fide Catholica fuisse recessurum, si eum in eadem nasci, edicarique contigisset: nunc vero, postquam in alia secta enutritus esset, in qua tamen salutem se obtenturum confideret, se absque ingenti scandalo suam Ecclesiam, in quo Baptizatus fuisset, deserere haud posse. His mature perpensis Ducissa pro Catholicis declaravit, cunctosque errores palam deposuit: nec his contenta, insuper

conversionis suæ rationes scriptotenus Sæc. XVII.
 protulit, easque proprio suo chirographo A. C. 1671.
 anno priori die vigesima Augusti mun-
 ixit: Hæc postmodum anno Christi
 millesimo sexcentesimo octogesimo sexto
 Rex Jacobus ejus quondam Conjux
 unacum duplici alio Chirographo Car-
 oli II. Regis ac Fratris sui, quod ille
 moriens in testimonium suæ fidei in
 scrinio reliquerat, publicis typis evul-
 gavit. Scripsit denique hæc Ducissa
 literas suæ conversionis testes ad Co-
 mitem Clarendonum Patrem suum, ac
 demum die undecima Aprilis omnibus
 Ecclesiæ Sacramentis Catholico ritu
 munita pientissime hoc anno in ædibus
 S. Jacobi obiit, nonnisi triginta & unum
 annos nata: Sepulta quiescit Westmo-
 nasterii ad S. Jacobum in Sacello Hen-
 ricæ VII. Regis.

Eodem hoc anno die decima quinta Daniel Hist
 Novembris Elisabetha Caroli Electoris de France
 Palatini Filia Metis in Lotharingia ad tom. 10.
 sinum Catholicæ Ecclesiæ reversa est, Hode Hist.
 ipsis Lutheranis Prædicantibus certo de Louis
 assecurantibus, quod hæc Religionis XIV. l. 32.
 mutatio nullatenus æternæ sejusdem pag. 38.
 salutis obesset. Postea eadem die vige-
 sima prima ejusdem Mensis Aurelia-
 nensi Duci nupsit, Catalaunensi Epi-
 scopo Principes sponfos per solemnem
 precationem conjungente.

S. L.

Sæc. XVII.
A. C. 1671.

§. L.

Contentio inter Jansenistas & Calvinistas in Galliis.

Hist. de l'Édit de Nantes t. 5. pag. 192.

Haud raro Catholici Portu-Regi-
sibus Theologis exprobrabant,
quod proximius, quam ab aliis vide-
velint, Calvinianæ sectæ principis
cederent; ut ergo hanc a se labem
quantum possent, abstergerent, in
anno hujus sæculi sexagesimo primo
Blasius Paschal librum composuit
*perpetua Ecclesiæ fide circa Præsentiam
lem in Eucharistia.* Priusquam vero
liber typis ederetur, Joannes Claudius
Calvinianus Præco hunc sætum
futare aggressus est: mortuo autem
paulopost Paschale, ne Calvinistæ tri-
phum ante victoriam canerent, Portu-
Regienses Antonio Arnaldo condan-
tio Jansenistarum Defensori negotium
dederunt, ut ipse acriori lixivio
Prædicantem depexum redderet. Arnaldus
quidem Arnaldus calamum, suum
librum publici juris fecit; nimis
luculenter Jansenistæ in suis libris
tholicæ fidei puritate recesserant,
se Calvinistis favere, solida demon-
tione negare possent; quocirca Claudius
nullo negotio Arnaldi apologiam
futabat, imo suum Adversarium

quem reddidisset, si tamen veritatis, Sæc. XVII. A. C. 1671.
 quæ huic Præconi deerat, fundamen-
 tum facundo verborum profluvio sup-
 pleri posset, mox igitur Portu-Regien-
 ses Claudio vastum volumen opposuere,
 ac molesto huic Declamatori os obtu-
 rare tentabant, ipsius Parlamenti au-
 thoritatem implorantes: nec illud eo-
 rum postulatis defuit, sed promulgato
 edicto Bibliopolis interdixit, ne Claudii
 librum cum præfixo approbationis te-
 stimonio venderent, sed illico appro-
 batio a duobus aliis Prædicantibus
 facta deleteretur, ac deinceps Prædican-
 tes omissa approbatione, duntaxat in
 suis libris testari possent, quod in illis
 nil suæ sectæ contrarium reperiatur.
 Demum vero P. Nouet, Antecurtius,
 aliique Catholici Scriptores validius
 Claudii scripta impugnarunt.

§. LI.

*Leves similitates Papam inter & Fran-
 ciæ Regem.*

Postquam Petrus de Arragonia Hispa-
 nus Orator die vigesima sexta Ja-
 nuarii nomine sui Regis Clementi X.
 summo Pontifici filiale homagium ex-
 solverat, pariter Comes Uladislaus Me-
 litensium Legatus Romam venit, promp-
 tum auxilium contra Turcas petiturus.
 Eapro-

Theatr. Ew
 rop. t. 10.
 pag. 573.
 Chron. Hista
 cont. l. 9.

Sæc. XVII Eapropter Papa in Gallias & Germaniam suos Legatos decrevit, ut Principes Christianos a novo bello inter Gallos & Hispanos eorumque foederatos agitato averterent, & ad socianda arma contra Turcas sollicitarent: insuper Pontifex ex Francipani Comitis bonis in Ditione Pontificia sitis quinque centena aureorum millia in Turcarum bellum impendere decrevit, vehementer obluſtante Cardinale Hassæ Landgravio, qui has pecunias nequam ad Pontificium, sed ad Cæsareum fiscum devolutas propugnabat: Postea Pontifex die vigesima sexta Maii habito Purpuratorum Senatu quosdam Romana Purpura decorare decreverat, ob importunos tamen eorum, qui nullum in preſando officium intermittebant, motus tum a proposito destitit; Galli enim Casparem Estræum Laudunensem Episcopum, Hispani vero Nidhardum Purpuratis accenſeri, tanta animi contentione postularunt, ut publicis etiam scriptis sese invicem laceſſerent, & Franciæ Rex Estræum fuiſſe neglectum indignatus, Apostolicum Papæ Nuntium alloquio arceret: Sub idem tempus ipſemet Estræus Romam venit, summo Pontifici nuntians, quod Franciæ Rex proximo Vere Batavos terræ marique debellaturus eſſet. Ex hoc

nuntio ingentem lætitiã conceperat Sæc. XVII.
 Pontifex, eoquod hanc Provinciam, A. C. 1671.
 hucusque omnium hæresum collaviem,
 tandem rursus Ecclesiæ Catholicæ ag-
 gregandam speraret: interim vero Fran-
 ciæ Rex denuo Estræum ad Purpuram
 evehi petebat, tergiversante autem
 Papa, Vindocinenses Principes minita-
 bantur, quod Rex Castrum & Ronci-
 lionem emere, & transactione cum Par-
 mensi Duce inita utramque ditionem a
 Pontifice repetere vellet: Verum Cle-
 mens ejusmodi minis haud territus,
 dilata Cardinalium inauguratione, dun-
 taxat Nidhardum Edessensi Archiepi-
 scopatu decorabat.

§. LII.

*Quinque Beati a Clemente X. Papa
 Sanctorum Albo adscripti.*

Auspicabatur Clemens X. Pontifex Ma-
 ximus suum Pontificatum apotheosi Bull. magna
 Clem. X.
 tom. 6.
 quinque Beatorum, quos hoc anno
 Sanctorum honoribus esse colendos so-
 lemni ritu ac pompa declaravit. Hi
 fuere Beatus Cajetanus Thieneus
 Fundator Clericorum Regularium ab
 Urbano VIII. Beatorum Albo insertus,
 Philippus Benitius ex Ordine Servorum
 B. V. Franciscus Borgia ex Societate
 a præfato Pontifice inter Beatos relatus.
 Ludo-

Sæc. XVII. Ludovicus Bertrandus Ord. FF. Præ-
 A. C. 1671. dicatorum, & Rosa Limana de S. Ma-
 ria tertii Ordinis S. Dominici; Solius
 autem B. Rosæ decretum Canonisatio-
 nis Pontifex hoc anno die duodecima
 Aprilis expedit, a triginta quinque
 Cardinalibus subscriptum, illud vero
 S. Cajetani primum Innocentius XII.
 die 25. Julii Anno 1691. promulgavit.
 Eodem anno die decima Junii Pontifex
 Ecclesiis Theatinorum concessit indol-
 gentiam plenariam in die festo S. Caje-
 tani, & aliam in festo S. Francisci Bor-
 giæ, & S. Philippi Benitii.

§. LIII.

*Vitaliani Vicecomitis Cardinalis
 obitus.*

*Ciacon. in
 vita Ale-
 xand. VII.
 tom. 4.
 Eggs Purp.
 dott. l. 6.
 pag. 484.*

Hoc item anno sacrum Purpurato-
 rum Collegium Vitaliani Viceco-
 mitis mortem luxerat. Hic nobilissimo
 genere Europæ Principibus affine Me-
 diolani natus, non modo Majorum
 splendore, sed potius proprii meriti
 gloria illustris, solida pietate ac ere-
 ditione vastissima tam celebre sibi no-
 men comparabat, ut vix sacræ militiæ
 adscriptus, jam regendis Ecclesiasticæ
 conditionis Provinciis ac urbibus præfice-
 retur, magno rerum incremento, &
 populorum utilitate. Postea Alex. VII.
 iussu

jussu in Hispaniam ad Regias fascias Sæc. XVII.
 neo-nato Filio deferendas missus, Phi- A. C. 1671.
 lippi Regis ac Reginæ animos tam arcte
 sibi devinciebat, ut ab utroque in Nun-
 tium Apostolicum expetitus, atque
 Ephesus Archiepiscopus renuntiatus
 Iberum Provinciam regeret. Attamen
 obtenta Purpura ad Archiepiscopalem
 Ecclesiam Montis Regalis vocatus, vix
 uno sacri Regiminis anno expleto die
 septima Mensis Septembris decessit,
 annos natus quinquaginta quatuor.

§. LIV.

Synodi Monasteriensis Decreta.

Denuo Christophorus Bernardus Mo-
 nasteriensis Episcopus, quamvis *Concil. Ger-*
 componendis Colonienfium diffidiis plu- *man. t. 10.*
 rimum distentus esset, bis tamen hoc
 anno die decima Martii & decima tertia
 Octobris Synodum Diæcesanam ha-
 buit, in quibus Clericos suos ad mo-
 rum honestatem fervide adhortatus,
 Confessariis & Concionatoribus injun-
 xit, ut in pravam jurandi, blasphe-
 mandi, & imprecandi consuetudinem
 vanamque observantiam, & supersti-
 tionem acriter inveherentur, eamque
 extirpare satagerent. Præcepit etiam,
 ut ad erudiendam juventutem Scholæ
 ubique conservarentur, & pro ampli-
 tudine
Hist. Eccles. Tom. LXIII. Qq

Sæc. XVII. tudine Parochiarum plures erige-
A. C. 1671. rentur.

§. LV.

*Scriptorum Ecclesiasticorum opera
& decessus.*

*Vid. supra
§. 43. p. 583.
Bibl. Hist
P. Le Cerf.
pag. 416.
Alegambe
Bibl. Script.
S. J.*

Inter Catholicos Scriptores Ecclesiasticos hoc anno defunctos recensentur. I. Robertus Quatremarius Benedictinus Congregationis S. Mauri, quem in controversia pro Auctore libri de Imitatione Christi strenue depugnasse, jam supra retulimus: Hic ergo contra Frontonem Canonicum Regularem An. 1649. edidit librum sub hoc titulo; *Joannes Gersen Vercellensis Ord. S. Benedicti Abbas librorum de Imitatione Christi, contra Thomam a Kempis vindicatum Joannis Frontæi Canonici Regularis Auctor assertus*: item scripsit alium librum ita inscriptum; *Joannes Gersen iterum assertus contra refutationem Joannis Frontæi*. Edidit quoque Privilegium Sangermanense propugnatum contra Joannis Lanonii inquisitionem, necnon Joannis Lanonii & Joannis Baptistæ Hamellii paradoxa, Dissertationem de Privilegio S. Medardi contra Lanonium & Blotdellum, aliamque sub titulo: *Concilium Rhemensis in causa Godefridi Ambianensis Episcopi celebrati falsitas demonstrata*. Er-

Sæc. XVII. Discalceatorum Præpositus Generalis,
 A. C. 1671. scripsit plura opera, ut inquit Gonetus,
Cedro digna, ac præter philosophica,
 quinque tomos Theologiæ Thomisticæ,
 generalem chronologiam ab initio mundi
 usque ad Annum 1662. itinerarium
 orientale, summam Theologiæ mysticæ,
 tractatum de immaculata Conceptione,
 Divinum oraculum B. Cyrillo missum cum
 commentariis, Historiam Carmelitanam,
 decorem Carmeli, Theologiam Carmelitanam,
 & vitam V. P. Dominici a Jesu Maria.
 IX. Ludovicus a S. Theresia ejusdem
 Ordinis elucubravit tractatum Theologicum
 unionis Animæ cum Deo, commentaria in
 S. Scripturam, Relationes Missionum Orientalium,
 Vitas V. Annæ a Jesu, Juliani a Cruce, &
 Mariæ ab Angelis Carmelitarum, successio-
 nem S. Eliæ in Ordine Carmelitano præter
 alia nonnulla. X. Gabriel a S. Vincentio
 ejusdem Instituti scripsit Philosophiam
 moralem, commentaria in primam & secundam
 partem Thomæ, quatuor tomos de sacramen-
 tis, tractatum de censuris, summam
 moralem, tractatus tres de gratia, de
 fide, spe & charitate, necnon de incarnatione,
 consilia varia, Anagogiam Christianam,
 tractatum de jure & iustitia, librum de remediis ignorantie
 præter

præter Philosophica & alia quædam. *Sæc. XVII.*
 XI. Leo a S. Joanne Carmelita edidit *A. C. 1671.*
 studium Sapientiæ universalis tribus
 tomis distinctum, Encyclopediæ Præ-
 messum, instructionem Catholicam ad-
 versus Heterodoxos, oeconomiam veræ
 Religionis Christianæ, contextum Evan-
 gelicum ex quatuor Evangelistis, sep-
 tem columnas sapientiæ Eucharisticæ
 contra hæreticos, Apologiam contra
 Cuppæium Calvinistam, constantiam
 animi præter alia varii argumenti plus-
 quam quinquaginta opuscula.

§. LVI.

*Heterodoxorum scriptorum lucubra-
 tiones & mors.*

Non desunt ex A catholicis Scriptores, *Bayle Diss.*
 qui hoc anno calamum cum vita *Hist. &*
 posuere, ac primo quidem die decima *critiq.*
 Julii decessit Mericus Casaubonus, qui *Freher*
 Isacci Patris sui librum de origine Ido- *theatr. erud.*
 lolatriæ vindicavit, atque Optatum *Mencke Lex.*
 Milevitanum, aliosque veteres Scripto- *erud.*
 res notis illustravit. II. Tilemon Olea-
 rius scripsit Sciagraphiam Harmoniæ
 Propheticæ, Historicæ, Legalis, &
 Evangelicæ, Turciæ fatum, armamen-
 tarium spirituale, Chronologiam Apo-
 calypticam, controversiam de dominio
 maris &c. III. Balthasar Cellarius ty-
 pis

Sæc. XVII. pis vulgavit septendecim disputationes
 A. C. 1671. de fidei controversiis, de Sacrificio
 Missæ, de libero arbitrio, de peccato
 Ecclesia, præter tractatum de præ-
 puis fidei controversiis. IV. Joannes
 Amos Comenius fanaticus Sycophanta
 scripsit Synopsin physices ad lumen Di-
 vinum reformatæ, Historiam Fratrum
 Bohemorum, opera didactica, tracta-
 tum de communi rerum emendatione,
 unum Necessarium atque exercitatio-
 rium universi. V. Godefridus Bolius
 edidit dissertationes de unico Jesu Christi
 Evangelio & de scandalo. VI. Marti-
 nus Cheitomæus prælo subjecit Græco-
 Barbara novi Testamenti, & veram
 sanctificationem Sabbati. VII. Eduar-
 dus Leigh vulgavit tractatum de pro-
 missionibus divinis, criticam Sacram
 in verba Hebraica & græca utriusque
 Testamenti, observationes de Marty-
 ribus, de religione & literis, de pere-
 grinatione & de regibus Angliæ præ-
 ter quædam alia. VIII. Andreas Buch-
 holzer edidit tractatum de Ecclesia
 Romanæ Indulgentiis & Historiam
 Principum Germanorum &c. IX. Cas-
 spar Schmid scripsit Astrologiam Cata-
 cheticam, lumen spirituale, pro Pa-
 trinis, & irrisoribus Cænæ, Peripete-
 vam Turcicam, & Apologiam Cata-
 cheticam.

§. LVII

Sæc. XVII.
A. C. 1672.

§. LVII.

Synodus Hierosolymitana contra Calvinistas de consensu Ecclesiæ Orientalis gloriantes celebrata.

Jam antea Cyrillus Berrhoensis Episcopus, & rursus Parthenius ejusdem Successor ac Patriarcha Constantinopolitanus pro damnandis Calviniani Patriarchæ Cyrilli Lucaris erroribus, ejusque confessione Constantinopoli Synodum celebrabant, in qua Græcorum fidem a Calvinianis commentis plurimum alienam esse declaratum: Ut vero adhuc luculentius Ecclesia Orientalis demonstraret, quanto horrore hanc hæresin execraretur, & quam inique Calvinistæ errores suos Græcæ Ecclesiæ affingant (*), hinc Dositheus Patriarcha hoc anno die decima sexta Martii Hierosolymis Synodum habuit, ac fidei decreta explanavit, quæ tanquam *fidei orthodoxæ clypeus seu apologia adversus Calvinistas hæreticos, Orientalem Ecclesiam*

Vid. supra
l. 198. t. 59.
§. 102. p. 734.
l. 199. §. 72.
t. 6. p. 248.
§ 51. p. 669.
Harduini
Acta Concil.
Tom. XI.

Q q 4

(*) Verum hoc sibi proprium habet omnis secta recens nata, fallax, mendaxque, ut dum de sua juventute erubescit, senectutem sibi pretiumque ex antiqua religione emendicare quærat.

Sæc. XVII. *fiam de Deo, rebusque Divinis hæretica cum*
A. C. 1672. *ipsis sentire mentientes opponerentur, ut*
 in frontispicio hujus Synodi dicitur. Prodiit equidem hæc Synodus primum anno Christi millesimo sexcentesimo septuagesimo sexto, & quidem sub nomine Synodi Bethlehemiticæ, eoquod in Conventu Bethlehemitico ob dedicationem instauratæ sacre ædis celebrato hujus Synodi celebrandæ consilium fuisset initum; quæ tamen, cum Hierosolymis fuerit digesta, ejusque decreta subscripta, hinc merito Hierosolymitana dicitur, & hoc nomen in secunda illius editione præferret, quam etiam anno hujus sæculi septuagesimo octavo quidam Benedictinus Congregationis S. Mauri latine reddidit.

Præprimis igitur Græci hujus Synodi Patres in præfatione Calvinistis exprobrant, quod suos errores Orientali Ecclesiæ non ex ignorantia, sed præmeditata malitia imponant, eoquod ex Jeremiæ Patriarchæ, Joannis Nethanaëlis, Petri Kizæbæ Archiepiscopi Gabriëlis Philadelphiensis, aliorumque scriptis abunde nossent, quid Græci Ecclesiæ profiteatur. Ut autem Calvinistis, qui ex Lucaris confessione Ecclesiam Orientalem suæ doctrine conformem esse, probare nitebantur, hinc eis præsidium eriperent, in Cap. demæ

demonstrarunt, quod ipse hic Lucaris Sæc. XVII. A. C. 1672.
 circa omnia fidei capita aliter, ac in A. C. 1672.
 ejus confessione exprimitur, in sua Ec-
 clesia docuerit, ipsius vero confessio
 non totius Ecclesiæ, sed duntaxat pri-
 vati hujus Apostatæ doctrina sit, in
 Cap. IV. asserunt, quod Ecclesia Orien-
 talis, aut ea, quæ Cyrilli confessio ex-
 ponit, nunquam crediderit, aut si illa
 crediderit, nullam cum Christo partem
 habere potuisset; necesse enim cuilibet
 Christiano esse, ut corde credat, ore
 confiteatur, & quæ credit, & confite-
 tur, factis demonstret, ac ne nomine
 quidem Christiani dignus sit, qui alia
 corde credit, & alia ore & factis ex-
 primit: unde concludunt, si Græci ea cre-
 didissent, quæ Cyrilli confessio exprimit,
 eos non potuisse esse Christianos, cum
 publica ipsorum doctrina, quam libere,
 seposita omni metus causa profitentur,
 & quotidiana praxis, Lucarensi con-
 fessione plene adversetur, siquidem a-
 pud Græcos septem Sacramentorum
 usus, SS. Imaginum cultus, Sancto-
 rum veneratio, transsubstantiatio, Sa-
 crificium Missæ, Baptismi necessitas,
 gratiæ amissibilitas, Ecclesiæ visibilitas
 infallibilitasque, Prædestinatio, justifi-
 catio, bona opera, Purgatorium, Epi-
 scoporum præ Presbyteris eminentia,
 & cetera Catholicæ Ecclesiæ dogmata,
 Qq 5 quæ

Sæc. XVII. quæ in Lucaris confessione rejiciuntur, A. C. 1672. etiamnum ubique vigeant, quin & certis diebus, scilicet a Dominica post undecimam Octobris diem, qua Patrum in Synodo Nicena II. contra Monothecos congregatorum memoria recollitur, & prima Quadragesimæ Dominica, quæ orthodoxia dicitur, nonnulla a Cyrillo tanquam orthodoxa, & approbata anathemati subjiciantur. In capite V. Cyrillum, etsi præfatam Confessionem reque suam esse, neque se ejus doctrinam approbare, jurejurando adhibito asseruerit, & contraria huic Confessionis in Ecclesia sua publice docuerit, in prædictis tamen duabus Synodis eam ob causam damnatum referunt, qui scripto aliquo confessionem istam reprobare noluerit, ideoque Cyrillum pro infelici, omnisque cum Christo communionis extorri habendum esse, Patres pronuntiarunt: Postea dupliciter alius Synodi decreta præsentis Synodi actis inseruerunt: Denique in Cap. VI. Ecclesiæ Græcæ doctrinam juxta ordinem in Lucarensi Confessione observatam proponunt: Notandum tamen, quod hi Patres contra Cyrillum, qui Patrem per Filium procedere asseruit, Spiritum sanctum a Patre procedere probeantur, unde colligi potest, eos Romanæ Ecclesiæ non fuisse addictos.

Latinorum tamen gratiam aucupari intentos multa, de quibus inter Græcos & Latinos est contentio, dissimulasse.

Sæc. XVII.

A. C. 1672.

Quia vero Cyrillus suæ confessioni responsum ad quatuor dubia adjuverat, de his quoque Synodus egit: Quæstio I. erat, an S. Scripturam vulgari idiomate ab omnibus deceat legi, II. An sit clara. III. Quinam libri sint Canonici, vel apocryphi. IV. An sacre Imagines sint venerandæ. Has quæstiones Synodus juxta Catholicorum doctrinam definivit, & nonnulla de Monachis & jejuniis adjunxit, acrius in Joannem Claude Charentonensem Calvinianum Prædicantem invehens: Annexa etiam habetur huic Synodo Dionysii Patriarchæ Constantinopolitani ad Calvinistarum errores responsio Mense Januario ejusdem anni, quo hæc Synodus, edita: medio loco inter hanc Synodum & præfatam responsum exhibetur aliquod Gallici apud Turcarum Imperatorem Oratoris documentum, ex quo colligere licet, Synodum hanc eo suadente a Patriarcha Dositheo fuisse celebratam. Exosa est hæc Synodus non modo Calvinistis, sed & Lutheranis, eo quod illius Patres his denuo exprobrassent, quod ipsi per suum Martinum Crusium Tubingensem Prædicantem aliosque, suæ novi-

Sæc. XVII. novitatis articulos Græcis transmissis
 A. C. 1672. sent, ac Orientalis Ecclesiæ consensum
 emendicare voluissent, Jeremias vero
 Patriarcha eorum hæresin Theologicè iuxta
 ac Catholice confutasset, Et orthodoxarum
 opiniones, quascunque A PRINCIPIO
 ECCLESIA OBTINUIT ORIENTALIS,
 Lutheranos edocuisse: Erubescant ergo Lutherani, de sectæ novitate ab ipsis quoque Græcis convicti.
 Ceterum huic Synodo sexaginta novem Præsules, Sacerdotes, & Monachi subscripti leguntur.

§. LVIII.

Quidam Præsules a Clemente X. Papa ad Purpuram evedti.

*Vid. supra
 §. 30 p. 545.
 Roma sancta
 Kolb p. 4.
 Theatr. Europ. t. II.*

Hoc item anno Clemens X. Papa in
 crum Purpuratorum Collegium
 novis Cardinalibus auxit, ac die vigesima
 secunda Februarii præter Bernardum
 Gustavum, cuius jam supra meminimus,
 Petrum Bonzium Purpuratorum
 Romana decoravit, cui adjunxit Petrum
 Vincentium Mariam Orfinum Ordinis
 FF. Prædicatorum, qui tamen oblatam
 hanc dignitatem sacra pertinacia constantè
 acceptare recusans, non nisi expresso
 Pontificis mandato expugnabilem poterat,
 ut patet ex hisce Papæ literis

Sæc. XVII.

A. C. 1672.

„Ea qua par est animi admiratione
 „suscepimus religiosæ humilitatis præ-
 „stantiam, qua Cardinalitiam digni-
 „tatem, nostræ tantummodo in Eccle-
 „sia secundam, recusare cogitasti, exi-
 „miamque pietatem tuam prolixis lau-
 „dibus profecuti, accuratas divinæ bo-
 „nitati gratias egimus, quæ tam præ-
 „claros, ut ex literis ad nos datis pa-
 „tere videtur, cordi tuo sensus imper-
 „tiri dignata est. Examinanda tamen,
 „atque ad trutinam pensanda ducimus
 „ejusmodi consilia; quandoque enim
 „sub amictu lucis Princeps tenebrarum
 „latet, mentitaque melioris boni spe-
 „cie divinæ gloriæ incremento resistit.
 „Sententia quoque nobis fuerat, obla-
 „tum infirmitati nostræ *Pontificatus ma-*
 „ximi pondus omnimode declinare, pro-
 „fusisque in id precibus & lacrimis
 „vehementer incubuimus, subjecimus
 „vero tandem voci Dei, per Cardina-
 „les nos alloquenti, voluntatem no-
 „stram, onerisque angelicis etiam hu-
 „meris formidandi gravitatem, impa-
 „res licet subire, passi sumus. Eadem
 „quoque sequenda a te in præsentem ve-
 „stigia, pronasque loquenti in nobis
 „*Spiritui sancto* præbendas satius au-
 „res esse, consultum in Domino repu-
 „tantes, Authoritate, qua nos in terris
 „Christus donavit, præcipimus hisce
 „tibi,

Sæc. XVII. „tibi, dilecte fili Noster, ut dignitate
 A. C. 1672. „tem, qua te universa urbe plaudente
 „nuper insignivimus, omnino acceptare
 „velis, jucundius ita Pontifici semper
 „terno sacrificium, inclytam nempe
 „animi tui repugnantiam ingenti cum
 „fænore meritorum oblaturus. Nec
 „ullus nobis dubitandi locus esse pot-
 „est retardaturum te ad præstandam
 „mandatis nostris, ut perfectum reli-
 „giosi instituti sectatorem decet, debet
 „tam obedientiam a metu, ut scribis,
 „amittendæ salutis æternæ: damna-
 „bile nimirum summopere foret, abeo
 „turpem maculam inferre præclarissimo
 „Ordini, a quo tot, tamque Illustris-
 „simum christianarum virtutum exemplaria
 „prodire, a pluribus itaque abstine-
 „tes a perspecta probataque pietate tua
 „hujusmodi solatium prorsus expecta-
 „mus, &c. „

Interim die vigesima sexta Martii
 Estræus Dux Franciæ Regis Orator
 Romam venit, qui sacra alloquii copia
 summo Pontifici exposuit, quod Ludovicus
 XIV. Galliarum Rex Apostolicum
 Nuntium ad Aulam admittere recusa-
 ret, donec Castrum Parmensi Duci res-
 titueretur, & tres Ecclesiastici a Rege
 nominati sacro Purpuratorum Collegio
 adscriberentur: Igitur summus Pontifex
 cedendum ratus, Casparum Estræum
 Lar

Laudunensem Episcopum ac Gallici Sæc. XVII.
 Oratoris Fratrem, assignato titulo A. C. 1672.
 SS. Trinitatis in Monte Pincio, nec-
 non Joannem Everhardum Nidardum
 Edessensem Archiepiscopum & Hispani
 Regis Oratorem die decima sexta Maij
 Cardinales publice renuntiavit.

§. LIX.

Raynaldi Estensis Cardinalis obitus.

Eadem die Raynaldus Estensis ex Mu- *Ughell. Ital.*
 tinæ Principibus progenitus Romæ *sacra Old.*
 decessit. Hic post literarum politiorum *in addit ad*
 æque ac graviorum studia ab Urbano *Ciacon.*
 VIII. Diaconus Cardinalis renuntiaba- *Siri in Mers.*
 tur, qua dignitate auctus, præclara
 Ecclesiæ præstitit obsequia: Vir enim
 erat virtute, doctrina & pietate emi-
 nens, natura comis, ingenio mitis,
 in amicos sincerus, in omnes, præci-
 pue literatos beneficus. Eapropter a
 Clemente IX. plurium Congregationum
 Patribus annumerari, aliisque offi-
 ciis præfici promeritus est, ubi semper
 se prudentem, & in dandis consiliis
 circumspectum, necnon suæ sententiæ
 tenacem, in eaque pronuntianda libe-
 rum exhibuit, adulantium Osor, pro-
 priæ gloriæ, opum ac vanitatis con-
 temptor, atque eximius veritatis, &
 castimonie cultor. Erat Romanis per-
 charus,

Sæc. XVII charus, & Gallis oppido addictus: qua-
 A.C. 1672. propter ab ipso Ludovico XIV. Rege
 in Abbatem Diæcesis Senonenfis no-
 minatus, Galliæ Patronum apud Sa-
 dem Apostolicam gessit: Postea Anno
 hujus sæculi sexagesimo nono Mens
 Novembri in Lepidiensem Episcopum
 inauguratus, hanc Ecclesiam abdicavit,
 postquam a Galliarum Rege Mous-
 pessulanus Episcopus nominatus fuerat:
 obiit autem annos natus quinquaginta
 quatuor.

§. LX.

*Protestantium Hungarorum seditionis
 contra Cæsarem & Catholicos.*

Wagner vit. Præcipuis Hungariæ Rebellionis Au-
Leopold. ctoribus e medio sublatis, Leopoldus
Han Pan. Imperator, ut ipsas turbarum ra-
nov. p. 464. dices evelleret, post crebras consulta-
 tiones Viennæ habitas tandem veterem
 Hungarici Regni statum immutare des-
 crevit, ac suppressis Palatini, Judicis
 Curia, Banni aliisque officiis, quæ
 rum auctoritate rebellio aut crepta aut
 promota fuit, subrogavit Regni Ge-
 bernatorem Casparum Ambrigenum
 Teutonicorum Equitum Magistrum, quæ
 rum in Hungarorum mores mirifice
 factum. Huic insuper adjunxit e Viennæ
 primariis Senatam, qui tamen in desce-
 dentibus

dendis gravioribus negotiis a Cæsaris auctoritate dependeret: denique urbes præsidario firmavit milite, qui Regni sumptibus aleretur, atque ad omnem rebellionis auram accurrere promptus, lubricæ fidei gentem in officio contineret: Verum hæc salubriter constituta Regno tranquillitatem reddidissent, si fideliter servata fuissent, nec Lutherani ac Calvinistæ sectam suam, quam olim seditionis ope in Regnum invexerant, composito tumultu decrescere reformidassent: Ea enim ex causa seditiosorum Nobilium non pauci ductore Comite Balasso Budensem Bassam ad invadendam Hungariam incitabant, collectisque copiis urbem Kalo intercipientes, non modo Germanorum præsidium, sed omnes Catholicos, quotquot suo furori obvios habuere, nullo habito ætatis, conditionis aut sexus discrimine trucidabant: cum autem eo tempore Cæsaris copiæ aliorum distractæ abessent, & rebelles valida sibi Protestantium auxilia promitterent, eo quod in Silesia, Moravia, Bohemia, Superiore Austria, ac in plerisque Transylvaniæ & Hungariæ Urbibus Prædicantes jam antea populum sub ementito Religionis & libertatis tuendæ obtentu ad arma capessenda excitassent, hinc victoriæ fiducia animati, rapinas, & incendia

Sæc. XVII.
A. C. 1672.

Hist. Eccles. Tom. LXIII.

Rr lon-

Sæc. XVII. longe lateque miscebant: Auxerat eo-
A. C. 1672. rum petulantiam Abaffius Transylva-
 niæ Princeps, qui Cæsari & Catholice
 religioni infensissimus, ad promoven-
 dum fidei regnique excidium, omnes
 impendebat vires. Hujus igitur auxi-
 lio freti rebelles, primo Eperies urbem,
 ubi quosdam conjurationis socios ha-
 bebant, tentare aggrediuntur, eamque
 nullo negotio ad deditioem compel-
 lunt, inde vero promotis castris San-
 dandreanam arcem, aliasque plures
 urbes expugnarunt, ceterasque in re-
 bellionis partem trahere intenti, vul-
 gatis in Cæsarem famosis libellis popu-
 lorum fidem, animosque depravare la-
 tegerunt. Postquam vero Coppius Cæ-
 sareus Bellidux cum valido agmine ex
 inferiore Hungaria in Superiorem eru-
 perat, rebellium audacia repressa erat;
 inito enim prælio Cassoviæ devicti, &
 plusquam mille trucidati fuere, atque
 inter eos etiam Prædicantes, ceteri
 demum partim in Transylvaniam, par-
 tim Varadinum usque, Turcicæ ditio-
 nis urbem profugerunt: postea reco-
 perata Eperies urbe, multisque locis
 Abaffio eorum fautori ereptis, reliquæ
 civitates adversus rebellium impetus
 munitæ, impositis præsidiis a re-
 bellandi libidine coercitæ fuerunt:
 Nec ulla etiam seditiosis spes reliqua
 erat

erat in Comite Emerico Töckelio; hic enim post Patris sui obitum amissis Sæc. XVII.
A.C. 1672.
Köswariensi, & Likawana arcibus, omnibusque pretiosis, ab Heistero Cæsaris Archistratego unacum aliis complicibus jam antea aufugere compulsus erat.

§. LXI.

Detecta Prædicantium perfidia ac rebellio in Hungaria.

Dudum in Hungaria Cæsareis suspecta erat Calvinitarum ac Lutherano-
rum Prædicantium fides; ex ipsa enim infelicium Comitum Nadastii & Serini confessione, necnon ex plurium aliorum relatione constabat, quod hi Præcones a stiva ferme & aratro ad animarum directionem evocati, suoque ministerio abusi, turbulentis suis concionibus rudem plebem ad patriæ libertatis, sectæque suæ defensionem passim accenderint, & Procerum rebellionem clam foverint: id tamen adhuc nonnisi paucorum fanatico suæ Religionis Zelo tribuebatur, ac insuper tum exactiorem rei inquisitionem gravioris tumultus timor suspendebat: hoc tandem anno luculentis proditum inditiis, quod Prædicantes Hungari non infima totius rebellionis causa, ac fomentum existere-
rint:

Rr 2

*Labfancii
Synopsis
judic. Pos.*

Sæc. XVII. A. C. 1672. Erant: Erat enim quidam Nobilis, nomine Stephanus Wittnyedius infelici Nadaftio a secretis, Vir vafro & perverso ingenio, & Protestantium pernicacissimus. Hic meditatæ rebellious conscius, sæpius tam Superiorem, quam inferiorem Hungariam pervagatus, ubique Prædicantes hortabatur, ut plebem suis sermonibus ad seditionem publicam concitarent: Tam frequens, tamque operosum per Regnum iter Catholicis multam suspicandi ansam præbuit; latuere tamen ejus consilia, quamdiu vita superstes fuit; eo autem sublato, quemdam Nicolai Bethleni famulum, ac cujusdam Prædicantis filium e Transylvania Pofonium reversum, de arcanis consiliis, quæ Wittnyedius cum Prædicantibus fovisset, notitiam habuisse compertum erat: Hic ergo ad Regium consilium delatus, fatebatur, quod suus Herus literas ab ipso Wittnyedio arcanis characteribus scriptas adhucdum asservaret, eas quoque pacem mille Imperialium pretio se allaturum pollicebatur: Numeratis igitur eidem interim nonnisi centum Imperialibus, hic idem in Transylvaniam profectus, ad Bethlenii servitium rediit, binasque Wittnyedii literas arte an furto sublatas ad Regium Consilium detulit.

§. LXII.

Sæc. XVII.
A. C. 1672.

Gemina epistola conspirationis Index.

*Epist. Witt-
nyed. ad
Bethl. &
Kexer. apud
Labsan.
pag. 20.*

Utraque hæc epistola ignotis caracte-
ribus erat descripta, quorum ta-
men mysterium quidam Nobilis, qui
antea Nadaftio Comiti a secretis erat,
habita jam prius experientia feliciter
detexit. Earum prima die decima Maij
anno hujus sæculi sexagesimo nono ex
urbe Eperies ad Nicolaum Bethlenium
scripta erat, hujus tenoris: „Firmum
„fixumque est, libertatem nostram san-
„guine tueri, Turcis tributum pendere,
„& cum Transylvanis conspirare: Fran-
„ciæ Rex magna pollicetur subsidia, si
„vero fidem fallit, in nos onus incum-
„bet: Insanientis Lobkovicii minas, &
„Montecuculi technas, perinde habe-
„mus: Consultum foret, si Transylva-
„niæ Princeps secretis literis cunctos
„hujus Principatus Prædicantes hor-
„taretur, ut plebem ad conferenda
„tributa, & arma ad primum nutum
„capeffenda concitarent. Evangelici
„Proceres de eo jamjam utiliter pro-
„spexerunt: Trans Danubium fitas ur-
„bes plene Soproniensibus & Kösegien-
„sibus Ministris reliquimus. Seniores
„vero & Superintendentes Eperiesii,
„Leutsoviæ, Trenschini, Arvæ, Lip-
Rr 3 „toviæ,

Sæc. XVII. „tovixæ, Turocii, aliisque in locis cur-
A. C. 1672. „cta ad nutum parata habebunt, dum-
 „modo Transylvani cum deditis &
 „Haidonum oppidis nullam necint
 „moram: Franciscus vero Ragotius
 „metu adigatur, simul tamen promi-
 „sis alliciatur: Nos junctis viribus in
 „Deo, Ecclesia & libertate pugnabimus.
 „moriemur, & Papistas canes ad offi-
 „cium redigemus: nobiscum Deus,
 „quis contra nos.,

Altera epistola die trigesima De-
 cembris ejusdem anni ab eodem ad
 Ambrosium Kezerum, qui Emerico Te-
 ckelio ab epistolis, Pofonio data, hæc
 continet:

„Ex itinere reversus, Solnæ, Ra-
 „scixæ, & Turoczii cum præcipuis Pre-
 „dicantibus circa notum negotium tuum
 „seorsim, quam junctim contuli: Se-
 „perintendentes suam quisque Eccle-
 „siam secreto ad idem propositum in-
 „clinarunt: In Urbibus Montanis docti
 „& eruditos Viros Seniores F. Z. ha-
 „tati sumus, ut mox a te ablegati
 „vel quidam S. huc advenerint, omnes
 „ad arma parati essent. Quos in Slo-
 „sua, Moravia & Bohemia Fratres in-
 „bemus unacum Zolnensi & finitimi
 „Prædicantibus, Austriacis & Mo-
 „vis, aliisque, omnes nobiscum con-
 „sentiunt, Austria quoque Super-

„strenue invigilat. Turalukienses per Sæc. XVII.
 „loci Prædicantem concitati egregium A.C. 1672.
 „peditatum submittent, Pofonium ac
 „liberæ civitates animis, armisque opti-
 „me sunt comparatæ: Trenchinium,
 „Arvam, Leutsoviam, Eperiesium, &
 „Cassoviam, tuum erit movere: Papæ,
 „Jaurini, Vesprinii, & Sopronii, Præ-
 „dicantes opus strenue urgent, prout
 „sufius patet ex literis M. N. Necessè
 „etiam est, ut, prout convenimus,
 „hoc negotium ex suggestu, & in Ec-
 „clesiarum coetibus admodum caute &
 „circumspecte proponatur, eisque in-
 „sinuetur, cuncta ad commune bonum,
 „& libertatem tendere: Sopronienses
 „& Vesprinienses ad nutum suorum
 „Prædicantium parent, & trahuntur,
 „jam omnes bene sunt instructi, eos, qui
 „trans Danubium degunt, concitare
 „mihi incumbet. Eadem ex superiore
 „Hungaria Helvetiorum Ecclesiæ per-
 „scribunt. Pastores ergo, quia plebem
 „dirigunt, & sicut arca Domini popu-
 „lum ductabat, ita his præ ceteris in-
 „cumbet, ut primum impetum sermone
 „& consilio, nos autem gladio & opere
 „tentemus; magnam pecuniæ vim
 „Dantiscum & Wratislaviam fuisse ad-
 „ductam, ceteris Ecclesiis scriptotenus
 „significare poteris: Et si Gallus cun-
 „ctetur, pennasque suas ad volatum
 „se-

Rr 4

„se-

Æc. XVII., serius submittat, nos tamen non
A. C. 1672., „cunctabimur.,

Præter hæc literas insuper apud
Stephanum Pica rebellium Coriphæum
epistolæ reperiuntur, quibus Elias
Ladinerus Arvanus Præco eundem per-
movit, ut Catholicam plebem jactato
libertatem oppressam vindicandi ob-
tentu, ad seditionem concitaret, & Sa-
cerdotes Catholicos comprehenderet.
Hæc omnia præfatus Pica, postquam
ejurato errore ad fidem Catholicam
reversus fuerat, jamjam palo affixus,
non sine magna delicti sui poenitentia
palam fatebatur. Præterea Budensis
Bassa plures literas Prædicantium no-
minibus & sigillis munitas ad Hol-
kirchium Cæsareum Comoræ Gubere-
natorem transmisit, quibus præfatum
Bassam, ut quotquot posset, Parochos
interciperet, promissis quinque Impe-
rialium millibus sollicitabant; cum au-
tem hic nonnisi octo Catholicos Sacer-
dotes, & quosdam Regios Præfatus
in vincula Budam abstraheret, Præco-
nes pro tam exiguo obsequio nimium
exigi caussantes, reliquam partem po-
cuniarum repræsentare recusabant.
inde vero ira commotior Bassa, per-
fidias Præconum machinationes Sca-
goniensi Archiepiscopo detexit, captos
que Sacerdotes, Regiosque Ministros
libertati restituit.

S. LXIII

Sæc. XVII.
A. C. 1672.

§. LXIII.

Perfidi Prædicantes in jus vocati.

Postquam Imperator tot accusationum Kortholt.
capita adversus Hungaros Prædi- Hist. Eccl.
cantes deferri, totque iudiciis mani- p. 891. §. 25.
festis ac documentis comprobari com-
pererat, ut de rei veritate legitime
constaret, & malum toti Christianæ
reipublicæ exitiosum in suo ortu op-
primeretur, Posonii causam extra or-
dinem cognosci, & accurate quæstio-
nem haberi iussit: ut autem unice pro-
pter perduellionem seditionemque in
reos inquisisse pateret, nec eos ex sectæ
odio vexasse, redargui posset, etiam
Protestantes, & cum illis quosdam e
Catholicis Episcopis ac Fiscii Consilia-
rios in Iudices selegit, qui nulla ha-
bita religionis ratione causam integra
fide dijudicarent. Ad hoc igitur tri-
bunal evocantur Prædicantes, quorum
nonnulli male sibi metuentes, fuga e-
lapsi sunt, alii autem præcisa effugii
opportunitate comparuere: Accusaban-
tur, quod plebem contra Cæsarem ad
seditionem & arma capessenda incita-
rint, Cæsareos Ministros, ac Præfectos
ignominiose officiis suis exuerint, ac
verberibus dire mulctarint, captivos
rebelles Cæsareis satellitibus vi eripue-
rint,

Rr 5

Sæc. XVII. rint, Catholicorum infantes ad devo-
A. C. 1672. randa Prædicantium stercora compule-
 rint, cum rebellibus de Cæsareis Mi-
 nistris e medio tollendis contulerit,
 cum Turcis aliisque Cæsaris hostibus
 noxia consilia per emissos Legatos ca-
 derint, & armatis rebellibus se ducto-
 res exhibuerint, rebellionem fovende
 pacto pretio auxilia a Turcis petierint,
 Catholicos Sacerdotes Turcis & rebel-
 libus vendiderint, iisdem Fullekinum,
 Levam, Jaurinum, & Vesprimium pro-
 dere moliti, sacras Hostias, quas e Ca-
 tholicorum templis furto subdixerunt,
 in perfidiæ pignus tradiderint, pro re-
 bellibus publicas securitatis literas con-
 scripserint, præter plures Regios Præ-
 fectos ex insidiis trucidatos etiam no-
 vem Sacerdotes Catholicos interfecerunt,
 atque inter eos unum vestibus
 nudatum tam diu in vepribus voluta-
 runt, donec Prædicantium alter milite-
 rationis obtentu, prout ipsemet crimen
 excusabat, miserum glande plumbea
 trajiceret, insuper concitata rebellibus
 convocatisque rusticis Seniæ & Tur-
 lukæ Georgium Barsonium Sceptulæ-
 sis Capituli Præpositum & titulare
 Episcopum Varadiensem verberibus
 inhumana crudelitate pene exanimatum
 affecerint, ejusque Fratrem gladio
 de trucidarint, necnon satellites eius

Cæsare ad corporis custodiam datos in Sæc. XVII.
 fugam egerint (*), Sacratissimam Eu- A.C. 1672.
 charistiam Sacerdote, qui eam gesta-
 verat, in terram projecto pedibus con-
 culcarint, sacris valis confractis, pro-
 phanatis Mysteriis, discerptis imagini-
 bus, sacrisque vestibus in rebellium
 trophæa conversis Tempia plurima
 sæde vastarint, & non pauca per vim
 Catholicis eripuerint: Pago Comoræ
 vicino ignem injecerint, ut consumptis
 ducentis ædibus ipsum propugnaculum
 destrueretur: denique infames libellos
 in Cæsaris contumeliam conscripserint,
 & pluribus in locis Magilstratus Catho-
 licos abrogarint.

§. LXIV.

*Prædicantes de criminibus convicti,
 ac promerita pœna affecti.*

De hisce aliisque criminibus interro-
 gati Prædicantes, fidenter primo,
 ut reis in more positum, inficiaban-
 tur

(*) Tantum odium in hunc Præfulem con-
 cepere Protestantes, eoquod anno priori li-
 brum, cui titulus: *Veritas declarata & tri-
 plici argumento ostendens, Cæsarem non teneri
 tolerare in Hungaria Lutheranam & Calvinia-
 nam sectam*, ediderit, ac Cæsaris jussu ibi-
 dem Catholicam fidem invehere tentarit.

Sæc. XVII. tur omnia, sibi nil de Wittnyedio, nil
 A. C. 1672 de Turcis constare, nulliusque crimi-
 nis, nisi crimen foret, Catholicum non
 esse, conscios esse, perfricta fronte af-
 firmabant. Postquam vero suismet li-
 teris, ac ultronea sociorum confessione,
 necnon argumentis e juris formula pe-
 titis convicti, & eorum septendecim
 confessi fuerant, quod corrasis pecuniis
 Budensem Bassam ad Sacerdotes, Re-
 giosque Præfectos capiendos sollicita-
 rint, ceterique nequaquam terrore,
 aut tormentis adacti ex ipsorum Prote-
 stantium Judicum sententia horum alio-
 rumque plurium rei scelerum actierant,
 tunc in genua provoluti, Cæsaris, Ju-
 dicumque clementiam exorabant, se-
 que ad exilii poenam, munerisque sui
 abdicationem ultro offerebant, dum
 modo vitæ veniam impetrarent: Ve-
 rum non modo Catholici, sed & Pro-
 testantes Judices, pronuntiata senten-
 tia declararunt, illos utpote per-
 duellionis, & Majestatis læsæ reos ex-
 tremo supplicio esse afficiendos. Hanc
 tamen sententiam ab Judicibus minime
 suspectis latam, promeritamque mor-
 tis poenam plurimum temperabat Cæ-
 saris clementia, unice statuens, ut se
Ministorum Pastorumque nomine abdi-
 carent, ejus muneris ne quidquam
 contingerent, nec publicos cœtus ape-
 riant.

rirent, nec clam aut palam de religione Sæc. XVII.
 verba facerent: ceterum salvam liber- A. C. 1672.
 tatem, patriam, & vitam haberent;

ea tamen lege, ut delicta a se perpe-
 trata proprio chirographo faterentur,
 & vitam male actam probata fidelitate
 corrigerent: Hac Cæsaris mansuetudi-
 ne cicurati Prædicantium non pauci,
 scriptum manu propria signatum Ju-
 dicibus tradiderunt, hujus tenoris:

„Nos infra scripti fatemur, quod
 „in nupero judicio ad diem vigesimam
 „quintam Decembris anno hujus sæculi
 „septuagesimo tertio Posonium evocati,
 „ex luculentis, & irrefragabilibus testi-
 „moniis convicti fuerimus, quod nos
 „tam Augustanæ, quam Helveticæ
 „Confessionis Prædicantes, conscii ac
 „participes simus rebellionis prioribus
 „annis contra Cæsarem a nonnullis
 „Proceribus motæ, simulque unacum
 „nostris subditis, Capellanis & Scho-
 „larum Rectoribus nostro munere abu-
 „tentes, populum nobis commissum
 „ad tumultus & seditionem concitave-
 „rimus, aliis vero tam in vita, quam
 „eorum bonis ingens intulerimus dam-
 „num. Quoniam vero propter hanc
 „ipsam rebellionis participationem nos
 „ad præfixam diem comparere a Cæ-
 „sare jussi, necnon propter nostram
 „contumaciam & obstinationem objur-
 „gati,

Sæc. XVII. „gati, & de præfatis criminibus juxta
 A. C. 1672. „legum formulam a delectis Judicibus
 „convicti fuimus, hinc tandem nostro
 „honoris, vitæ & bonis mature consul-
 „turi, ad Cæsareum hoc Tribunal con-
 „fugimus, supplices, ut Cæsaris ve-
 „niam obtinere, atque in Hungaria tuto
 „vivere valeamus, ea lege, ut neque
 „sacram functionem, vel sermonem
 „habere, vel Scholas aperire vellemus.
 „Cum ergo id gratiose impetraverimus,
 „pro tanta gratia & benignitate no-
 „stram gratitudinem exhibitori, vi præ-
 „sentis scripti pollicemur, nos deinceps
 „immote in fide perstituros, nec cum
 „Cæsaris hostibus ac rebellibus sub quo-
 „cunque obtentu, nec scripto, nec ore
 „tenus nec clam nec palam ullum com-
 „mercium vel clandestinum consilium
 „habituos, quinimo si vel leve rebel-
 „lionis inditium habuerimus, mox Re-
 „gio Gubernatori, aut supremo Comitum
 „nulla habita favoris, metus aut mi-
 „narum ratione, denuntiaturus, in
 „super spondemus, nos ab omni Ec-
 „clesiastica functione tam publice quam
 „secreto, tam in publicis Ecclesiis
 „quam in ædibus, aut subterraneis
 „locis abstinere, & deinceps privatam
 „vitam agere, paratos esse: si vero
 „vel in omnibus vel aliquibus hisce pro-
 „missis fidem fallamus, tunc omnia
 „nostra

„nostra bona, ipsaque vita in Cæsaris Sæc. XVII.
 „arbitrio sit. In quorum fidem &c. A. C. 1672.
 „Datum Possonii die decima tertia
 „Martii Anno 1674. „

*Petrus Dimiakovicz olim Pastor Si-
 moniensis*

*Martinus Nicolaides olim Pastor Ma-
 gasiensis.*

Præter hos adhuc ducenti triginta *Hist. Univ.*
 quatuor Prædicantes nomina sua, & *part. 5.*
 sigilla huic scripto inferuere, prout in *Period. 2.*
 Possoniensi Chartophylacio hodie dum *cap. 1.*

visitur: ad hanc vero subscriptionem
 potissimum permoti erant Prædicantes
 testimonio cujusdam sui focii, qui ad
 primum armatæ Legionis conspectum
 se hæresin ejuraturum exclamans, co-
 ram Judicibus testabatur, quod omnes
 Prædicantes tum præsentibus ipso longe
 magis scelerati essent, proin minime
 dubitet, ipsos proposito scripto tan-
 topere miti absque hæsitazione subscri-
 pturos: cum autem hi tergiversaren-
 tur, & hic Ministellus seorsim singulis
 sua crimina propalare pararet, mox
 ceteri se subscripturos profitebantur,
 quos inter etiam erat Calinthius Lu-
 theranorum Valachorum Pseudo Epi-
 scopus, qui tamen, quia in conficiendo
 Dabritii libro Cæsareæ Majestati summe
 injurio præcipuam navaverat operam,
 exiliū

*Vid. supra
 t. 60. l. 199.
 §. 71. p. 240.*

Sæc. XVII. exilii pœna plectebatur. Intercesserat
 A. C. 1672. quidem pro reis nomine Sueci Regis
 Oxenstirnius; ast Cæsar rebelles ac
 perfidos venia indignos reputabat, cum
 Catholicos omnino innoxios in Angia
 & alibi a Protestantibus tam inhumane
 haberi intelligeret.

§. LXV.

Ferociores Prædicantes ob contumaciam exilio multati.

*Labsanski
 l. c. p. 45.*

ERANT tamen inter Prædicantes Hungaros non pauci, qui ceteris petulantia ac ferocia clariore, nec levem hanc pœnam subire, nec his literis, ut vocant, reversalibus subscribere voluerunt, audacter professi, malle se mori, quam infami huic scripto nomina sua apponere, tantamque suæ religioni maculam inurere, suisque Fratribus tam acerbum dolorem inferre: nempe *Fratres* vocitabant, qui perduellionis pœnam declinaturi in Transylvaniam, Turcicasque ditiones profugerant: Precabant Judices nec precibus, nec minis, ut hosce contumaces ad sanctorum reducerent; cum autem eorum pertinacia nullo pacto frangi posset, eorumque potissimi de Cæsaris dignitate & justitia palam obloqui non erubescerent, severiori animadversione, aliis Regibus

Sæc. XVII.
A.C 1673.

Regno proscripti, alii in carceres con-
jecti fuere, illi vero, qui ceteris petu-
lantiores erant, aut cum Budensi Bassa
clandestina fovebant consilia, ad Hispa-
nicas triremes condemnati sunt, ex
quibus undetriginta Tergestum, ceteri
Neapolin transmittebantur, ne dein-
ceps in rebellionis proposito obdurati
indulta in Regno permanendi libertate
novos motus concitarent, prout ex
ipsis hisce Prædicantibus quidam ob
inhumanam Sacerdotum Catholicorum
necem Berendix captus, id timen-
dum esse fatebatur, asserens, *de cunctis
Prædicantibus hucusque in carceres com-
pactis nil nisi rebelliones, eademque scelera,
quorum ipse reus esset, expectari posse.*
Nihilominus plurimum accisæ erant ho-
rum Præconum vires ac spes, eoquod
Abaffius Transylvaniæ Princeps acerri-
mus Calvinistarum vindex præter om-
nium expectationem, ut referunt non-
nulli, ad fidem Catholicam reversus
esset. Tandem vero ad Catholicorum
Præfulum preces Imperator edictum
promulgari iussit, vi cuius indubii ju-
ris Tempa, quæ vel Turcarum, vel
rebellium armis & violentia Ca-
tholicis fuere erepta, iisdem resti-
tuerentur.

Sæc. XVII.

A. C. 1672.

§. LXVI.

*Posoniensis Protestantium tumultus.**Wagner vita
Leop.*

Præceteris Strigoniensis Archiepiscopus in suis fundis permulta Templum, necnon Gymnasium ab hæreticis recens erigi querebatur, & quamvis a Cæsare mixtos Catholicis Protestantibus Judices impetrasset, hique agnita causæ iniquitate pro Præsule pronuntiassent, hæreticosque a fabrica desistere iussissent, nihilominus hi Templum ad fastigium non sine summa contumacia, & Cæsarei decreti contemptu erexerunt, illudque sectæ suæ ritibus initiarunt, quocirca Præsul per octo militum cohortes urbis vicos & plateas obsidere, clavesque a Magistratu per Nigrellum Comitum repetere coactus, cives ad Curiam evocari iussit, quibus Cæsaris voluntatem aperiens, Canonicum ac Fisci Consiliarium in Templi ac Gymnasii possessionem immisit. Tum vero recrudit tumultuantium furor; mox enim Lutherani turmatim confluerunt, atque Archiepiscopi Deputatos contumeliosis, multisque verberibus e Templo ejiciunt, omnemque populum æris campani sonitu ad arma convocant. Cæsaris mandata discerpunt, abrogataque veteri Magistratu omnia ad cruciatum

Sæc. XVII.
A.C. 1672.

tam seditionem, Ianione tumultuan-
tium duce, disponunt. Tempeſtive
autem accurrunt præſidarii milites,
atque impetu in ſeditioſos facti eos
exarmant, popularemque furorem ſe-
dant: inquiritur poſtea in præcipuos
tumultus Auctores, quorum triginta
læſæ Majæſtatis rei a ſingulari Judicio
Tyrnaviæ conſtituto, capitis damnan-
tur, quam tamen pœnam denuo cle-
mentiffimus Cæſar mitigavit, injuncta
mulcta pecuniaria. Gymnaſium vero
æque ac Templum Jeſuitis adjudicatum
eſt. Ex his ſat luculenter elucet, quod
Cæſar in hos Præcones nequaquam ob-
ſectam, ſed eorum rebellionem & con-
tumaciam legum ſeveritate uſus fuerit,
ceteris enim ſubditis Heterodoxis, eo-
quod fideles permanſerint, priſtinam
ſectæ libertatem confirmavit, quinimo
Joannem Caſparum Ampringhenſem
Hungariæ Proregem, eoquod ipſum
nimis ſeveritatis inſimulaſſent, anno ſe-
quenti abdicavit Magiſtratu.

§. LXVII.

*Carolus II. Angliæ Rex clam Catho-
licis favens.*

Jam ante bienniam Carolus II. Angliæ
Rex ſelectis Cliffordio, Arlingtonio,
Buckinghamio, Ashleyo & Lauther-
dolio,

*Orleans hiſt.
d' Angl.
Thoiras Ra-
pin Hiſt.
d' Angl. 1.23.*

SS 2

Sæc. XVII. dalio, sanctius Consilium erexit, quod
A. C. 1672. ex initialibus horum nominum literis

CABALÆ Senatus passim appellabatur: Horum primi duo erant religione Catholici, reliqui vero tres suam religionem Regis voluntati, & proprio commodo sacrificare parati erant. Sufferant hi Regi, ut suppressa Reipublice forma, restrictaque Parlamenti auctoritate Monarchicum absolutumque imperium sibi sensim vendicaret. Ut vero hoc propositum eo facilius, tutiusque exequi posset, Regi Authores erant, ut Non-Conformistas, sub quorum nomine etiam Catholici venirent, indulta conscientiae libertate sibi arctius devinciret, simulque bellum nuntiaret Hollandis, eoquod hi Anglis Reipublice formam zelantibus rebellionem insperarent, eosque identidem ad excutiendum Monarchiae jugum animarent. Placuit Regi horum consilium, ac primo omnibus Non-Conformistis communem Religionis libertatem instigante Eboracensi Duce jamjam Catholicum concedere statuit, hancque in rem die vigesima quinta Martii hoc anno sequentem promulgari iussit declarationem seu decretum: „Rex ex plenitudine supremæ in res Ecclesiasticas potestate declarat, quod nihil circa Doctrinam, disciplinam & ritus in religione

Calmet Hist.
Univ. l. 156.
§. 21.

Sæc. XVII.
A. C. 1672.

„gione Anglicana immutare, sed illam
 „semper in statu per leges stabilito con-
 „servare velit, nullusque ullum bene-
 „ficio obtinere valeat, nisi Ecclesiæ
 „Anglicanæ sese conformet, interim
 „cunctæ leges pœnales antea contra
 „cujuscunque generis Non - Confor-
 „mistas seu recusantes latae suspendan-
 „tur, ac juxta eorum petitionem in
 „universo Regno competens numerus
 „assignetur locorum, ubi Non - Confor-
 „mistæ convenire, suæque Religionis
 „ac pietatis exercitiis vacare possint:
 „priusquam vero ejusmodi loca fuerint
 „assignata, & Congregationis Minister
 „approbatus sit, nullus quocunque loco
 „conventum agere præsumat. Hæc
 „autem indulgentia quoad ejusmodi
 „loca & Ministros se extendat ad om-
 „nes Non - Conformistas, non autem
 „ad Ecclesiæ Romanæ recusantes, qui
 „duntaxat a legibus pœnalibus exempti
 „censeantur, eisque duntaxat in ædi-
 „bus privatis suam religionem exer-
 „cendi libertas sit concessa.,

Verum hæc declaratio minus pla-
 cuit Curia inferioris Senatoribus, qui
 die vigesima nona Februarii anno se-
 quenti audacter Regi exposuerunt, quod
 discussa ejus declaratione circa con-
 scientiæ libertatem declarare cogeren-
 tur, quod leges pœnales per decreta

Ss 3

fanci-

Sæc. XVII. sancitæ nonnisi a Parlamento revocari
 A. C. 1672. possent: Horum temeritate haud pa-
 rum offensus Rex respondit, quod hæc
 declarationem ad procurandam Regi
 quietem in præsentis rerum vicissitudine
 adeo necessariam promulgarit, nec ta-
 men legum poenaliū suspensione quocum-
 quam in Ecclesiæ Anglicanæ doctrinæ
 aut disciplina immutare intenderit, haud
 satis tamen mirari possit, quod suam
 in rebus Ecclesiasticis supremam pote-
 statem in dubium vocare audeant, cum
 tamen ea nonnisi in subditorum levi-
 men uti, nec sui Parlamenti consilium
 declinare voluerit, si ergo pro Ecclesiæ
 & Regni tranquillitate opportunius ha-
 berent remedium, illud proponerent.
 Triduo post iidem Senatores Regi de-
 clararunt, quod regiorum Prædecesso-
 rum nullus usus fuerit potestate sus-
 pendendi executionem statutorum in
 rebus Ecclesiasticis factorum; alias e-
 nim vi hujus juris Rex posset interrup-
 pere vigorem legum, & immutare po-
 testatem legislativam, quæ tamen sine
 omni controversia non soli Regi, sed
 & Parlamento competit: Ad hæc verum
 reposuit Rex, eorum responsum gra-
 vioris indaginis res complecti, ac ma-
 turius examen deposcere.

§. LXVIII.

Sæc XVII.
A. C. 1672.

Bellum ab Angliæ Rege Batavis denuntiatum.

Biduo post factam declarationem Rex Hollandis bellum denuntiavit, inique foedere cum Galliarum Rege, Coloniensi Electore, & Monasteriensi Episcopo, navale prælium commisit, æquato utrinque cædis dedecore, & triumphii gloria; cum interea Franciæ Rex rapido victoriarum cursu veluti Bataviam pervagans, intra viginti duarum dierum angustias quadraginta urbes hosti eriperet, uti numismata in Galliis excusa exhibent, cum tamen quarundam urbium obsidiones longius tempus tenuissent, & Noviomagum, Gravia, Crepacorium, Genepe & Nardanum nonnisi Mense Julio post divulgatam hanc monetam fuissent expugnata: Ast nil adulatoribus est familiarius, quam Regum suorum victorias augere: Utut autem sit, id certum est, quod Franciæ Rex nunquam gloriosiores suos reddiderit triumphos, quam dum in expugnatis urbibus Calvinistarum Tempia vero Dei cultui restituit, ac religionem Catholicam revocare adlaboravit: Postquam enim Ultrajectum unacum Aurelianensi, & Monmutho

Newville hist. d'Holi. t. 4. c. 3. p. 95.

Ss 4

Duci-

Sæc. XVII. Ducibus victor die quinta Julii ingre-
 A. C. 1672. diebatur, atque a Calvinistis Ecclesia-
 rum claves receperat, mox die nona
 ejusdem Mensis Cathedralē Ecclesiam
 per Bullionium Cardinalem ab hæreti-
 corum profanis ritibus expurgari & Ca-
 tholico ritu sacrari iussit: Evertitur
 primo Calviniani Declamatoris Cathedra,
 auferuntur scamna, lavantur a-
 Monialibus Altaria & Templi pavimenta;
 postea decantato Hymno Ambrosiano
 Cardinalis rem Divinam solemnī pompa
 peragit. Eadem die Neercastellius
 Episcopus Castoriensis atque Apostolicus
 Papæ Vicarius urbem ingreditur, unacum
 triginta Ecclesiasticis, qui populum
 octoginta & amplius annos ab Ecclesie
 Romanæ hostibus deceptum ad veritatis
 semitam revocarent. Restaurato igitur
 Ultrajectensi Episcopatu Bullionius
 Cardinalis pari Religions Zelo Noviomagi
 & Grævæ Ecclesias Catholicæ religioni
 consecravit, Rex tamen Calvinistis
 sectæ suæ tolerantiam pollicitus est,
 atque inter pacis articulos Hollandis
 præscripsit, ut in omnibus ditionis
 suæ urbibus liberum publicumque
 Religionis Catholicæ exercitium
 concederent.

§. LXIX.

Sæc. XVII.
A. C. 1672.*Pius V. Pontifex Maximus a Clem. X.
Beatorum Albo insertus.*

Interim summus Pontifex, Polonos a Bull. magn.
Turcis devictos, Regnique Proceres t. 6. Clem. X.
acerbis inter se dissidiis scissos, necnon Const. 60.
Christianos Principes mutuis bellis di- Theatr. Eu-
stentos esse, tanto animi mærore com- rop. tom. II.
pererat, ut in periculosum incideret Gottfrid.
morbum, a quo tamen brevi recon- Hist. Chron.
valescens, totus in eo fuit, ut afflicto part. 3.
Poloniæ Regno amplis pecuniarum sub- pag. 163.
sidiis opem ferre, ac Franciæ Regem ad
arma a Christianis in Turcas conver-
tenda inducere posset. Inter graves
hæc curas potior adhuc erat Dei cul-
tum, ac Sanctorum honorem amplian-
di sollicitudo, qua incitatus Pontifex,
in virtutes & prodigia servi Dei Pii V.
Pontificis Maximi sedulo ac mature
inquiri jussit. postquam vero sacra Con-
gregatio hujus piissimi Pontificis sancti-
tatem, virtutes heroicas, & miracula,
aliaque charismata esse firmiter com-
probata referebat, summus Pontifex,
ad preces plurium Regum, aliorumque
Principum ac totius Ordinis Domini-
cani, quem olim præfatus Dei Famu-
lus profitebatur, eundem Beatorum
honoribus esse colendum hoc anno die

S s 5

vige-

Sæc. XVII vigesima septima Aprilis declaravit, A. C. 1672. editaque Constitutione concessit, ut in omnibus Ecclesiis tam sæcularibus quam Regularibus utriusque sexus de eodem Beato officium recitari, & Missa de Confessore ac Pontifice die quinta Maij celebrari valeat. Cum autem Paulus Oliva Societatis Præpositus Generalis Clementem X. Pontificem promovendis Sanctorum honoribus intentum, propensumque cerneret, ipse etiam eundem suppliciter adiit, quatenus nonnullos Socios in Hungaria trucidatos tanquam Martyres agnosceret: verum Pontifex ira commotior, eidem respondit, illos nequaquam ex odio fidei, sed ob profanas causas fuisse interfectos.

§. LXX.

*Diversæ ejusdem summi Pontificis Constitutiones.**Bull. l. c.*

Præter hanc Constitutionem idem summus Pontifex hoc anno plura alia edidit decreta, ac primo quidem die secunda Januarii omnes Indulgentias Sodalibus Confraternitatis B. V. M. de monte Carmelo a Paulo V. concessas ad preces Matthæi Orlandi ejusdem Ordinis Præpositi Generalis confirmavit, extenditque ad animas Purgatorum per modum suffragii. Exorta autem con-

controversia inter civitatis Placentinæ Sæc. XVII.
 Parochos, & Monachos Cassinenses Ord. A. C. 1672.
 S. Benedicti declaravit Pontifex die
 decima octava Januarii, quod Parochis
 non liceat cum cadavere ingredi Regu-
 larium Ecclesias, sed teneantur dimit-
 tere cadavera ante januam Ecclesia-
 rum, adeo, ut cetera exequiarum mu-
 nia per Regulares expediantur, de ce-
 tero autem Parochi cujuscunque Diæ-
 cesis majorem eleemosynam petere non
 possint ab hæredibus eorum, qui se-
 peliri voluerunt in Ecclesiis Regularium,
 quam si in eorum Ecclesia Parochiali
 sepulti fuissent, nec etiam funeralium
 functiones ad Parochos, sed ad ipsos
 Regulares in eorum Ecclesiis spectent.
 Die autem decima quarta Maij Car-
 melitis Pontifex indulgentiam concessit
 pro ejusdem Ordinis Ecclesiis in festo
 Commemorationis solemnibus, S. Andreae
 Corsini Episcopi, S. Angeli Martyris,
 & S. Alberti Confessoris ex eodem Or-
 dine. Hanc gratiam idem Pontifex
 die decima tertia Julii ad Carmelitas
 Excalceatos extendit. Denique die
 quinta Novembris indixit jubilæum uni-
 versale ad implorandam Dei opem con-
 tra Turcas, qui Poloniæ Regnum de-
 vastarunt, expugnataque Caminecia
 plures arces, oppida, urbes & Provin-
 cias suæ Tyrannidi subjecerunt, & po-
 pulis

Sæc. XVII
A. C. 1672

pulis in miserrimam captivitatem, servitutemque abstractis Mahumetanae perfidiæ abominationem vi, terrore, dolo, variisque artibus implantare conati sunt. Præterea die quinta Decembris anathemate, aliisque poenis irretitos declarabat illos, qui Romæ Jacobum Patriarcham Antiochenum, cum rheda sua domum reverteretur, circa primam noctis horam die trigesima Novembris pluribus globorum ictibus gravissime vulnerarunt.

§. LXXI.

Variae SS. Congregationum Decisiones.

Decr. S.
Congr. Imm.
Rit. Sc.

Ex pluribus SS. Congregationum decretis hoc anno emanatis pauca adducemus, & primo quidem S. Immunitatis Congregatio die vigesima prima Junii declaravit, quod absoluti ex causa violatæ immunitatis Ecclesiasticæ in Bullæ Cruciatæ, non censeantur absoluti, Sacra autem Rituum Congregatio die tertia Septembris decernit, quod si Festum septem Dolorum B. V. occurrat in aliud festum altioris Ritus transferatur in Sabbatum sequens, si vero concurrat cum festo Annuntiationis B. V. vespere dicantur de Annuntiatione sine commemoratione de septem

septem Doloribus. Eadem quoque Congregatio die tertia Decembris declaravit, quod functiones Pontificales, quæ absente vel impedito Episcopo spectant ad primam dignitatem, sint Festum Nativitatis Dominicæ, Epiphaniæ, Ascensionis, Pentecostes, SS. Petri & Pauli, B. V. assumptæ, omnium Sanctorum, Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis, ejusdem Ecclesiæ titulus, urbis Patronus, commemoratio omnium Defunctorum, Distributio Candelarum, Cinerum, Palmarum, celebratio Officii in Feria quinta & sexta in Parasceve, resurrectio Dominica, & dies solemnis Corporis Christi unacum Processione.

Sæc. XVII.
A. C. 1672.

§. LXXII.

Synodi Monasteriensis Decreta.

Moverat hoc anno in Batavos bellum Christophorus Bernardus de Galen Monasteriensis Episcopus, qui etiam Gallorum, & Coloniensis Archiepiscopi copiis auctus, præter plurimas ignobiliores Transisulanæ Provinciæ urbes etiam Lingam, Grollam, Borckolum, Lochemium, & Brevortiam qua vi qua deditione expugnavit, ipsamque Deventriam urbem Hollandis eripuit, pactus tamen cum illis, ut Calviniani pro suo ritu duas Ecclesias necnon superio-

*Neuvill. l. 6.
cap. II.
Concil. Germ.
t. 10. p. 36.*

Sæc. XVII. periores & inferiores scholas confer-
 A. C. 1672. varent, Urbs vero rursus Imperio unita
 & Germano milite firmata a Coloniaensi
 Archiepiscopo & Episcopo Monasteriensi
 regeretur: Postea continuato victo-
 riarum cursu in Frisia, aliisque Pro-
 vinciiis bellum alternante fortuna pro-
 movit: nec tamen propterea quicquam
 de Pastoralis Diæcesis suæ cura, ac vi-
 gilia remissit; quippe hoc anno die
 vigesima nona Martii & undecima Octo-
 bris binas habuit Synodos Diæcesia-
 nas, in quarum prima vehementer in-
 vehebatur in eos Clericos, qui vesti-
 bus varii coloris, limbis auro, argen-
 tove vel serico intertextis, indulio e-
 manicis in longum & latum propen-
 dente, capillis in cervicem ac scapu-
 las prolixè defluentibus militarem po-
 tius, quam exemplaris Clerici Perio-
 nam repræsentant, in eoque habitu
 tremendum Missæ Sacrificium pere-
 gunt. Prohibuit etiam, ne Clerici ad
 comedendum vel bibendum extra ta-
 bernis vel necessitatis casum tabernas
 frequentent. In altera autem Synodo
 Episcopales Commissarii, nomine Epi-
 scopi, Clericos ad sæpius inculcato-
 rum observantiam hortantes, nuper
 belli calamitates vitiosæ Clericorum
 vitæ, præsentis autem belli fortunam
 emendatæ in melius conversationi, de-
 vote

Sæc. XVII.
A. C. 1672.

votæ Cleri pietati, precibusque attri-
buerunt, sane enim, ajebant illi, ante
menses aliquot scintillantes bellorum mo-
tus, publicæque hostium, & privatæ in-
fidiantium Machinationes religioni ac pa-
triae non aliud quam funera, incendia atque
ipsam vastitatem minabantur. At vero be-
nignissimus Deus effusis supplicantium pre-
cibus, pia quasi animorum Conspiratione
exoratus, dexteram suam exerens in com-
minantes ipsos mala hæc fere omnia con-
vertit, quippe suam ex alto benedictionem
profuse largitus, justissima Celsissimi arma
adversus hostem totius Europæ facile po-
tentissimum tot tantisque victoriis decora-
vit, quales in superiorum ætatum historiis
vix leguntur, & certo constat, a nemine
Principum Episcoporum Monasteriensium
reportatas esse incredibili profecto Religio-
nis, Ecclesiæ, & Patriæ hujus emolu-
mento.

Postea indixere, ut quando Episco-
pus ad urbem proximo Sabbato rever-
surus sit, omnes campanæ pullentur,
bellique tormenta explodantur, altera
vero die Ambrosianus Hymnus in gra-
tiarum actionem decantetur, Deusque
exoretur, ut mittat Operarios in vineam
suam, & errorum labruscæ radicitus con-
vellantur; agerque Monasteriensis seu veræ
& Apostolica fides longius, scilicet ad
urbes etiam Batavis ereptas, dilate-
tur.

Sæc. XVII. tur. Verum præfatæ Urbes anno se-
A. C. 1672. quæ quenti ad Batavos, præcisa omni Re-
ligionis dilatandæ spe, reversæ sunt.

§. LXXIII.

*Quorundam Scriptorum Catholicorum
opera & obitus.*

Du Pin nouv. **I**nter Celebriores Scriptores Catholi-
Bibl. t. 17. cos, qui hoc anno obiit, primum
pag. 286. locum sibi jure vindicat Antonius Gu-
Niceron not. deau Grassensis & Vinciensis Episcopus,
erud. t. 14. qui præter plurima sacra poemata inter
pag. 64. Gallos primus Gallicam Historiam Ec-
Vid. supra clesiasticam omnibus numeris absolutam
l. 200. §. 20. edidit, atque usque ad prima octo se-
t. 60. p. 590. cula perduxit: Reliquit quidem pro-
illius continuatione quædam monu-
menta, quæ apud quemdam Franciæ
Episcopum asservata, cum ultima ex
manus desit. nunquam prælo fuere sub-
jecta. Edidit quoque Paraphrasin in
Epistolas D. Pauli & Canonicas, In-
tutionem Principis Christiani, open-
Christiana, Instructiones pro Societate
SS. Sacramenti, & monita ad Pe-
risiensem Senatam circa ejusdem ce-
tum, Paraphrasin in Psalmos, sermo-
nes de Tonsura Clericali, de ordinibus
sacris & de vocatione ad Statum Ec-
clesiasticum, Vitam S. Pauli Apostoli
& D. Augustini & S. Caroli, tractatum

Sæc. XVII.
A.C 1672.

de Jubilæo, præter plures orationes
funebres & panegyres: Peroravit quo-
que in Cleri Gallicani comitiis elogium
Petri Aurelii seu Vergerii Abbatis San-
Cyрани, ubi tamen vel privato affectui,
vel aliis complacendi studio nimium
indulisse videtur. Obiit apoplexia
tactus in sua Diæcesi die vigesima pri-
ma Aprilis annos natus sexaginta se-
ptem. II. Dominicus Macer Canoni-
cus Viterbiensis elucubravit Hiero-
Lexicon, explicationem hymnorum
Breviarii Romani, apparentes S. Scri-
pturæ contradictiones conciliatas, iti-
nerarium & alia nonnulla. III. Mi-
chael Gomez de Luna Eques Ord. S. Ja-
cobi scripsit theoremata sacra, Anti-
legomena Juris Canonici, librum sin-
gularium lectionum, de Juris ratione,
& rationis Imperio, opera juridica tri-
partita præter plura alia. IV. Petrus
Magalanus Ord. FF. Prædicatorum edi-
dit tractatus Theologicos de scientia
Dei, prædestinationis executione, &
alios ad primam partem D. Thomæ V.
Joannes Ferrandus Jesuita scripsit dis-
quisitionem reliquiarum, animadver-
sionem animadversioni Chiffletianæ
cum scenore repensam, & Epinicion
pro liliis aureis Franciæ contra Joan-
nem Chiffletium. VI. Ludovicus Ja-
ninus S. J. vulgavit rudimentum Con-
Hist. Eccles. Tom. LXIII. Tt cio-

Sec. XVII. cionatoris Christiani, Disciplinam vir-
 A. C. 1672. tutum, coronam B. V. & Tyrocinium S.

Scripturæ legitime exponendæ. VII. Jacobus Grandamicus itidem socius publici juris fecit tractatum Evangelicum de summa Dei gloria, de die supremo & Natali Domini quæstionem Evangelicam, Chronologiam, demonstrationem immobilitatis terræ & alia nonnulla. VIII. Cæstinus a S. Lidwina, qui ejurata Calvinii secta Institutum Carmelitarum Excalceatorum professus, Missionarium in Syria egit, & annos natus septuaginta quatuor ad Missiones Malabaricas sui Ordinis visitandas missus Suratæ obiit: Præcipuam operam præstitit Sergio Risio Damasceno Archiepiscopo in edendis Bibliis Arabicis Romæ jussu S. Congregationis editis: ex latino etiam elegantissime in Arabicum transtulit librum de imitatione Christi, & vitam S. Theresiæ, scripsit etiam sermonem historicum S. Gregorii Decapolitæ, librum de præcipuis controversiis inter Catholicos & hæreticos Orientis, contra Abcoranum, Pratum solitarii & consolationem Anachoritæ, præter plura alia

Heser. Diopt.

§. LXXIV.

Sæc. XVII.
A. C. 1672.

Lucubrationes & decessus quorundam Scriptorum Heterodoxorum.

His adjungimus ex Acatholicis Scri-
ptoribus nonnullos, qui hoc anno ^{Freher} *Theatr. erud.*
defuncti suis lucubrationibus sese poste- _{p. 1. sect. 1.}
ritati commendarunt: ex his primo
celebratur Joannes Brunnemanus juris
Professor Francofordiensis, qui præter
juridica quamplurima, edidit tracta-
tum de exemptione Clericorum Evan-
gelicorum, de jure Ecclesiastico secun-
dum consuetudinem Protestantium præ-
cipue Lutheranorum, & Collegium
Irenico-Policum de tractatibus pacis
præter meditationes sacras ad ductum
Evangeliorum Dominicalium. II. Da-
niel Schneider scripsit syllogismum apo-
dicticum syllogismo Jodoci Keddii op-
positum, manuuctionem ad Titii lo-
cos in Evangeliiis & Epistolis Domini-
calibus rite adhibendos, sensum Reli-
gionis & fidei; necnon continuationem
in locos Theologiæ Historicos Caspari
Titii. III. Joannes Boeclerus vulgavit
notitiam S. Romani Imperii, Bibliogra-
phiam Historico-Policam, Historiam
Sæculi IX. & X. præter plurimas Di-
sputationes IV. Joannes Dugtæus edi-
dit Analecta sacra in diversa S. Scri-
pturæ

T t 2

Sæc. XVII. pturæ loca, librum de Divinis Mythe-
 A. C. 1673. riis, & Velitationes polemicas. V. Mi-
 chael Haveman scripsit Hodosophiam
 Evangelicam contra Papalium ignem
 fatuum, Christianismi luminaria ma-
 gna, theognosiam Mosaicam, Anti-
 William & alia nonnulla. VI. Mau-
 ritius König edidit dissertationes de
 rerum principiis, veræ Religionis de-
 monstrationem, & introductionem ad
 locos communes Theologicos.

§. LXXV.

*Ludovici Regis Franciæ declaratio
circa jus Regalium.*

*Recueil des
Aff. du Cler-
gé tom. 5.
Abregé
chron. de
l'Hist. Eccl.
tom. 3.*

Die decima Februarii anno hujus se-
 culi septuagesimo tertio Ludovi-
 cus XIV. Franciæ Rex promulgato
 dicto declaravit, quod sibi Regalium
 jus universim in omnibus Archiepisco-
 patibus, & Regni sui Episcopatibus, ter-
 ris, & ditionibus, exceptis duntaxat
 iis, qui ab hoc jure ex titulo onerati
 exempti essent, competat. Hanc Re-
 gis declarationem Clerus Gallicanus in
 suis comitiis die tertia Februarii An-
 no 1682. ratam habuit. Hoc editum
 præcipue petebantur Provinciæ Alpe-
 bus & Pyrenæis montibus vicinæ, in
 quibus antehac prætensum Regalium
 jus nullatenus invaluerat: Attamen
 harum

harum ditionum Præsules vehementer Sæc. XVII.
 se huic novitati opponerant, in A.C. 1673.
 gravis contentio inter summum Ponti-
 ficem & Regem, imo inter ipsos Fran-
 ciæ Præsules exorta est, ut in pro-
 gressu hujus Historiæ recenserebimus.

§. LXXVI.

*Guilielmi Principis Fürstenbergii
 raptus.*

Interim belli flammæ ex Belgio sese Wagner hist.
 ultra Rhenum extendere cæperant Leov. l. 4.
 eo tempore, quo Coloniae, urgente p. 330.
 Suecorum Rege de pace, aut saltem Mem. Hist.
 belli induciis agebatur; postquam enim Anelot t. 2.
 in Ratisbonensibus comitiis Imperii pag. 454.
 Principes Ludovico XIV. Galliarum Mont Mem.
 Regi tanquam alienarum ditionum in-
 vatori bellum jurato fœdere indixerant,
 hic ex Lotharingia armis depressa in
 Alsatiam erumpens, plures civitates
 Imperiales subegit, captaque Trevirensi
 urbe Turrenium Franciæ Marefcallum
 in Franconiam præmisit, ut Cæsaris
 copias in opem accurrentes aut funde-
 ret, aut saltem moraretur: Verum
 Montecuculus Cæsaris Archistrategus
 Turrenium insigni stratagemate delusit,
 Gallosque ad Herbipolin intercepta
 annona, tam arcte pressit, ut mo-
 tis castris non sine clade citra Rhe-
 num

Tt 3

Sæc. XVII num regredi cogerentur, eorumque ali-
 A.C. 1673. quot millia in sylva Ottoniana ab Her-
 bipolensibus rusticis trucidarentur: in-
 de factum, ut quamvis Elector Bran-
 deburgicus seorsim cum Gallis pacem
 iniisset, nihilominus plures Imperii Prin-
 cipes, qui antea Gallis favebant, ad
 Cæsaris partes redirent, & Montecu-
 culus Principi Auriaco junctus, Bo-
 nam urbem, ex qua Colonienfis Elector
 ad Monasterium S. Pantaleonis au-
 gerat, expugnaret, Gallosque ex uni-
 versa præfati Electoris ditione expelle-
 ret: Infaustus hic belli successus, nec-
 non bellicus Hispani Regis apparatus
 Ludovicum Franciæ Regem suis fru-
 deratis destitutum eo adegit, ut non
 jam aliena acquirere, sed sua servare
 sollicitus, retentis duntaxat Trajecto
 & Gravia, totum Belgium evacuaret:
 & Angliæ Rex post triplex, ancepsque
 navale prælium pariter suorum Proce-
 rum potius jussu quam consilio, cum
 Batavis pacem iniret. Hæc tamen
 morum prosperitas Cæsarem adeo non
 ab ineundæ pacis consiliis avertit,
 ut potius varias condiciones Colonia
 per suos Ministros proponi curaret:
 Affulserat haud vana reddendæ con-
 diæ spes, quam tamen Guilielmus
 Fürstenbergius, Gallis plus æquo ab-
 dictus, etsi ejus familiæ Heigelbergi-

Sæc. XVII.
A. C. 1673.

sem lineam Cæsar ante sexennium ad Principum dignitatem evexisset, dum evertere totis viribus nitebatur; quippe Germanos Principes a Cæsare alienare intentus, auroque Gallico corruptus, Electorem Coloniensem, ut suas arces Ludovico Regi cederet, non modo inducere nitebatur, sed etiam Principum Legatos ad pacem conciliandam congregatos ad arma in Gallorum hostes convertenda sollicitabat: Ejusmodi machinationum haud ignarus erat Cæsar, quocirca Marchioni de Grana in mandatis dedit, ut hunc Principem noxium pacis obicem, Colonia Viennam captum clam abduceret. Paruit jussis Marchio, ac die vigesima sexta Februarii Fürstenbergium, cum e Marcanæ Comitissæ ædibus ad Electorem in præfato Monasterio agentem curru veheret, noctu interceptit, ac Bonam, postea ad Neostadiensem indeque demum ad Spilbergensem arcem in Moravia abduxit, ejus quoque Sorore Vienna excedere jussa, eoquod per Burmanum Coloniensem Secretarium clandestina cum Gallis consilia fovere deprehenderetur. Comperta Principis captivitate Galli violatum jus gentium vociferabantur, perinde ac si Fürstenbergius Gallici Legati auctoritate munitus fuisset: postquam

Tt 4

vero

Sæc. XVII vero Cæsarei milites quadraginta octo
 A. C. 1673. millia Imperialium, quos Franciæ Mi-
 nistri in vini adusti doliis ad fallendum
 inclusos ex Colonia evehi curabant,
 detecta fraude intercepterant, tum Gallia
 in rabiem acti Colonia una omnes ex-
 cessere, abrupta omni pacis concilian-
 dæ negotiatione: cum autem paulopost
 Angliæ Rex. Coloniensis Elector, &
 Monasteriensis Episcopus Gallos desti-
 tuissent, & Galli in Catalaunia ab Hi-
 spanis ingenti clade prostrati fuissent,
 Ludovicus Rex sese ad pacis consilia
 faciliorem exhibebat.

§. LXXVII.

*Extrema Anglorum aversio in Ca-
tholicos.*

Salmon hist. Chron. & Angl. t. 1. Thoiras hist. & Angl. l. 23 Nunquam luculentius Angli Prote-
 stantes viperinum suum in Catho-
 licos, eorumque religionem odium,
 ac fanaticum suæ sectæ studium mani-
 festarunt, quam occasione Regiæ de-
 clarationis, qua Carolus II. Rex Pres-
 byterianos esse in sua secta tolerandos,
 & Catholicos innoxios in remuneratio-
 nem fidelitatis & obsequiorum, que
 oppresso ac exuli Regi ejusque Patri
 præstiterunt, magni beneficii loco a
 legum poenaliū barbarie immunes
 fore declarabat: Enimvero Angli ex
 omni

Sæc. XVII.
A. C. 1673.

omnibus Non - Conformistis nonnisi
 unam classẽ fieri, atque in ea Pres-
 byterianos comprehendi haud ægre fe-
 rebant; postquam vero communi hoc
 nomine etiam Catholicos a Rege sub-
 intelligi suspicabantur, mox Presbyte-
 rianis, quos antea inhumane infecta-
 bantur, favere & omne virus in Catho-
 licos effundere cæperant. Igitur die
 quinta Februarii utriusque Curix Se-
 natores, ut Regi suo & Catholicis mo-
 lestiam interrent, edictum in Senatu
 proposuere, vi cujus omnes pœnæ an-
 tea contra Presbyterianos latæ abro-
 garentur, eisque concessa plena con-
 scientiarum libertate duntaxat fide-
 litatis & supremæ potestatis juramentum
 imponeretur; sub idem ferme tempus
 ferrea frontis orisque contumacia a
 Rege postulabant. I. Ut promulgato
 edicto intra triginta dies omnes Ca-
 tholicos Sacerdotes & Jesuitas e Regno
 expelleret, & evoluta hoc termino il-
 los, qui adhucdum ibi morarentur,
 omni legum severitate plecti juberet.
 II. Adstringeret cunctos Tribunos &
 milites, ut præfatum juramentum ex-
 solverent, & Synaxin juxta ritum An-
 glicanum reciperent. III. Omnes Ca-
 tholicos e publicis officiis tam civilibus
 quam militaribus excluderet. IV. Cun-
 ctos Catholicos imo & de hac religione

T t 5

suspe-

Sæc. XVII. suspectos ab Aula quinque leucis ab-
 A. C. 1673. esse juberet: Recusantes vero exaucto-
 raret. Hæc in Catholicorum oppres-
 sionem a Parlamento peti haud igno-
 rabat Rex, & quamvis ob religionem,
 quæ tamen jam a tempore Lucii Regis
 in hoc Regno floruit, in recens invectæ
 sectæ favorem Catholicos nationales e
 patria sua expelli, iniquissimum repu-
 taret, cruenta tamen Parlamenti con-
 silia veritus, intra mensem cunctos Sa-
 cerdotes Catholicos & Jesuitas Regno
 excedere jussit: cum autem circa ce-
 tera Parlamenti postulata nil decideret,
 Parlamentum Regem eo adigere de-
 crevit, ut suam etiam declarationem
 revocaret, & ni reliquis ejusdem peti-
 tis annueret, ei pecuniarum subsidia pro
 belli expensis denegaturum, declaravit.

Saxum inter & sacrum hærebat Rex,
 quippe Parlamento resistere periculo-
 sum, cedere & Catholicorum ani-
 mas, & libertatem negotiari, non mi-
 nus æquitati adversum, quam aucto-
 ritati suæ indecorum & perniciosum e-
 rat: noverat insuper, quod Rex Pater suus
 proprio honore, sanguine, ac vita
 coactus fuerit expiare pusillanimita-
 tem, qua Anno hujus sæculi quadra-
 gesimo primis Parlamenti postulatis ces-
 sisset, eique ad majora audenda animum
 subdidit. Postquam ergo vires suas
 reli-

resistendo impares viderat, & præter Sæc. XVII.
 Arlingtonum Comitem ipsemet etiam A. C. 1673.
 Asleyus seu Schatsburyensis Comes
 nunc Regni Cancellarius ab eo ad Par-
 lamenti populique partes transferat,
 Rex die decima octava Martii in Se-
 natu, ubi Cancellarius juratis Catholi-
 corum hostibus cinctus, adversus conces-
 sam conscientiarum libertatem declama-
 bat suam declarationem revocavit,
 simulque in Catholicos impune sæviendi
 facultatem Parlamento concedere co-
 actus est. Tum denuo patuit, quod
 Protestantes conscientiarum libertatem
 & tolerantiam duntaxat summis elogiis
 celebrent, ac commendent (*), quan-
 do de quacunque alia secta, quam Ca-
 tholica religione agitur, contra hanc
 autem necesse credant, ut Herodes
 Pilato accedat, & in ejus ruinam om-
 nes Sectarii, cujuscunque nominis sint,
 suas vires jungant: Eapropter toties
 &

(*) Ita Heidelbergæ quidam Calvinista An-
 no 1723. librum sub titulo: *Pensées sur la re-
 union des Protestantes* edidit, & tanquam mo-
 deratus & orthodoxus Scriptor a Calvinistis
 commendatur, eoquod tolerantiam ad alias
 sectas a Protestantibus separatas non exten-
 derit vid. Bibl. Germ. tom. 6. p. 235. id sane
 est idioma æquitatis naturalis, quæ præcipit,
 ut facias alteri quod tibi fieri velis.

Sæc. XVII & ubique Catholici victima fuere furo-
 A. C. 1673. ris Calviniani, Lutherani &c. Certe
 talia novis hisce Evangelicis infillit
 nec character Evangelici foederis, nec
 indoles Evangelii, quod nil nisi
 charitatem, lenitatem, patientiam &
 tolerantiam, non autem vincula, exi-
 lia, ferrum & sanguinem docet. Aliam
 agendi rationem in religione Christiana
 & Christianorum schola didicit, ac te-
 nuit Constantinus Magnus: uti testatur
 Eusebius in ejus vita l. 2. c. 60. versio-
 nis Cousinæ. Attamen ejusmodi vexa-
 tionibus nondum satata erat Anglorum
 Protestantium rabies, sed insuper, ne
 minus crudeles viderentur Tyrannis
 atque Ethnicis Christiani nominis hosti-
 bus, qui in primis Ecclesiæ sæculis
 Catholicos vel ad ejurandam fidem,
 vel ad vescenda idolothyta exilio, vin-
 culis, aliisque suppliciis compellebant,
 pariter Angli decreta exilii poena præ-
 ceperunt. I. Ut omnes Catholici pu-
 blicis officiis provisi Calvinianam cœ-
 nam in eorum Templis publice sume-
 rent, & præter fidelitatis, & supremæ
 in sacra potestatis juramentum etiam
 scriptotenus & coram duobus testibus
 jurarent, *se credere, quod in Sacramento
 Cænæ Dominicæ nec ante nec post consi-
 crationem a quocunque factam fiat trans-
 substantio.* II. Prohibuerunt, ne Pro-
 testan-

testantes cum Catholicis connubia ini- Sæc. XVII.
rent, ut scilicet Regis Fratrem Eboracensem Ducem præpedirent, ne Oenipontanam Archiducissam, aut aliam quamcunque Principem religione Catholicam sibi matrimonio jungeret. A.C. 1673.

*Tantum secta recens potuit suadere
malorum.*

Præterea Protestantes, ne Hibernis pepercisse viderentur, a Rege postularunt, ut Richardum Talbotum, quia Catholicorum Hibernorum negotia procurabat, omni dignitate exueret. Verum Rex die octava Aprilis Senatum ingressus, pro solis Presbyterianis petitam conscientiarum libertatem confirmare distulit, indicto primum ad trigessimam Octobris diem Parlamento.

§. LXXVIII.

Protestantium Anglorum machinationes contra Eboracensis Ducis matrimonium.

Quantumvis Eboracensis Dux Angliæ Regis Frater non ita pridem Catholicam religionem amplexatus esset, Calvinianam tamen impietatem tantopere exhorrebat, ut potius Architalassi munere ultro se abdicare, quam sacrilego juramento conscientiam suam contaminare vellet. Hoc ejus exemplum pariter Theatr. Eur.
rop. tom. 1.
Amelot
Mem. t. 2.
p. 419.
Calmet hist.
Univ. t. 17.
l. 156. §. 24.

Bellin

Sæc. XVII. Belliducum Catholicorum potissimi fe-
A. C. 1673. quebantur. Nondum tamen ultronea
 hac abdicatione satis litatum erat Pro-
 testantium furori; postquam enim com-
 pertum habebant, quod Eboracensis
 Dux, cum Claudia Felicitas Ferdinandi
 Caroli Oenipontani Archiducis Filia
 Leopoldo Cæsari in festo S. Theresæ
 nuplisset, Mariam Eleonoram Estensem
 Alphonfi IV. Mutinensis Ducis filiam
 religione Catholicam, & natione Ita-
 lam in thori æque ac maximarum ca-
 lamitatum consortem ducere vellet,
 tum vero Protestantes nil eorum, quæ
 fanaticus suæ sectæ zelus excogitare
 poterat, inausum intactumque reli-
 quere, ut Ducis matrimonium cum
 Catholica præpedirent. Igitur die no-
 na Septembris importunius a Rege pe-
 tebant, ut Fratris sui Ducis matrimo-
 nium cum hac Principe Catholica dis-
 solveret, idem quoque die decima sexta
 ejusdem Mensis in Senatu postulabant,
 palam significantes, se nulli Regis pe-
 tito assensuros, nisi prius hoc matri-
 monium irritum declarasset, & Pro-
 testantes adversus Catholicos, eorumque
 Protectores (*) præstitisset securos.
 Obsto-

(*) Indicabant Franciæ Regem, quocumque
 Angliæ Regem, Ducemque Eboracensem am-
 cito

Sæc. XVII. „Ducis matrimonium jamjam per Pe-
 A. C. 1673. „terboroghium Comitem juxta solem-
 „nitates inter Principes consuetas con-
 „clusum, confirmatumque est: nec vo-
 „bis hoc matrimonium esse potest me-
 „lestum; nunquam enim quicquam op-
 „posuistis, etsi de hisce nuptiis publice
 „per plures menses actum fuisset. „ Hoc
 responso irritati Senatores, altera die
 decreverunt, nulla pecuniarum subsidia
 Regi esse solvenda, nec ullam opem
 eidem ferendam, donec Regnum contra
 Papistarum & Catholicorum Con-
 sultorum molimina tutum reddidisset,
 omnibusque Protestantium querelis sa-
 tisfecisset. Postea Prædicantes per
 universum Regnum solemnem jejuni-
 diem indixere, ut populo Regnum in
 maximo discrimine versari persuade-
 rent: nec his contenti, biduo post una-
 omnes Regem accessere, eidem exponen-
 tes. I. Quod hoc matrimonium tu-
 multus, & suspiciones moveret, & que-
 rendique ansas præberet, ipsumque
 Regem ad fœdera Calvinianæ religionis
 noxia compelleret. II. Experientia
 teste Papistæ ejusmodi matrimoniis
 novos animos induerent, proin Sacre-
 dotibus Catholicis & Jesuitis Regis
 subditos seducendi occasio præberetur.
 III. Animadversum esset, quod Catho-
 licorum factio per gratiolas Regis lega-

Sæc. XVII.
A. C. 1673.

dejecta, nunc ad novas spes erigeretur. IV. Timendum foret, ne ejusmodi nutu-
ptiis subditorum affectus erga Ducem
folio proximum haud parum imminue-
retur. V. Per integrum ferme sæcu-
lum Angliæ continuis anxietatum pro-
cellis jactaretur, ne Papismus incre-
menta caperet, & Protestantium religio
discrimini exponeretur. VI. Cum Mu-
tinenfis Principissa Romæ plures sibi
sanguine junctos haberet, facile Ro-
mani sua consilia exequendi media hu-
jus matrimonii ope consequi, ac in
ipsa Regis secretiora consilia penetrare
possent. VII. Pluribus exemplis com-
probatum esset, quod ejusmodi conju-
gia per Procuratores invita fuerint dis-
soluta, proin Senatores impense Re-
gem efflagitarent, ut ipsemet, utpote
prole orbatus, præpedire vellet, ne
hoc matrimonium proprio Ducis con-
sensu firmaretur.

Verum Rex ad hæc querelas us-
que ad Senatum Mense Januario ha-
bendum respondere distulit. Ceterum
Eboracensi Duci Sponsa, quæ die un-
decima Novembris Lutetiam Parisio-
rum ingressa erat, die undecima De-
cembris per Oxoniensem Episcopum in
Dubriensi Urbe Sponso suo conjuncta,
inde Londinum a Rege deducta est, ap-
plaudente ipso summo Pontifice, qui
Hist. Eccles. Tom. LXIII. Uu ab

Sæc. XVII. ab initio quidem rursus Principem Catholicam diris Protestantium vexationibus exponi dolebat, omnem tamen benedictionem eidem impertiebat, dum a Galliarum Oratore perceperat, Franciæ & Angliæ Reges cavisse, ut præfata Princeps libero suæ Religionis exercitio frui, ejusque proles in orthodoxa fide educari possent.

§. LXXIX.

Franciæ Regis Legatio ad Clementem X. Papam.

*Theatr. Europ. tom. II.
Hist. Cron.
cont. l. 9.
p. 176.*

Postquam Ludovicus XIV. Franciæ Rex compertum habebat, quod non modo Cæsar, sed & Hispaniæ Rex pluresque Catholici Principes arma in Gallos pararent, Lusitanos & Helvetios in belli societatem pertrahere aliorumque Principum animos sibi conciliare nitebatur: Ea ex causa præfatis Massiliensem Archiepiscopum Romanam ablegabat, qui obtenta allocutione nomine Regis sui exponeret, quod quidem Ludovicus pro hæreticorum extirpatione Regnum suum in periculum crimini, immensisque sumptibus exposuisset, ægerrime tamen ferret, quod ipsimet fidei hostes a Cæsare, Hispaniarum Rege, aliisque Principibus Catholicis protegerentur: Hos ergo, Sanctissimus

Sæc. XVII.
A. C. 1673.

tas sua sacris ac profanis armis coerce-
ret, junctaque cum residuis Ecclesiæ
fidis Principibus opera illis bellum de-
nuntiaret, cum id præsentanea Ecclesiæ
necessitas deposceret, simul etiam æ-
quum, justumque foret, ut Pontifex
Christianissimo Regi facultatem conce-
deret, quatenus Equitum S. Spiritus,
duorumque suppressorum Ordinum pro-
ventus in expensas belli contra hære-
ticos suscepti convertere valeret. Ve-
rum Papa hunc Archiepiscopum po-
tius aucupandæ Purpuræ spe, quam
Regiæ petitionis zelo impulsus hæc
proposuisse, probe prospexerat: diffi-
mulata ergo rei summa querebatur,
quod Rex Cardinales Gallos e Parla-
menti conventu exclusisset, ac Trevi-
rensem Electorem Sedi Apostolicæ sum-
mopere addictum oppressisset, recensque
Genuensem Rempublicam hostiliter in-
vasisset. Enimvero Papa suspectam ha-
bebat Gallorum fidem; quocirca cun-
ctos natione Gallos, quos a suis obse-
quiis habebat, aula excedere iussit.
Nihilominus Franciæ Orator die vige-
sima octava Julii Papam rursus acces-
sit, eidem significans, quod Franciæ
Rex Ultrajectum armis occupasset, ac
unice ad eliminandos hæreticos tam
grave bellum suscepisset: Ad hæc Pon-
tifex respondit, se Regi tam insignem
victor-

U u 2

victor-

Sæc. XVII. victoriam gratulari, molestum tamen
A. C. 1673. sibi accidere, quod Rex Cæsarem bello
 premere cogitaret, proin Turcis ad su-
 vendos Hungarorum rebellium motus
 januam aperiret: ne tamen Regem
 offenderet Pontifex, Oratori literas ad
 eundem dedit, in quibus Ludovicum
 digna laude cumulabat, eoquod Ultra-
 jectenses Ecclesias Catholicis reddere
 adlaborasset.

§. LXXX.

Moscoviæ Legatus Romam adventans.

Priet. Cont. Cùm hoc anno Turcæ ac Tartari Po-
Ann. ad loniæ Regnum ferro flammaque
hunc ann. devastare pararent, summus Pontifex
Theatr. Eu- totus in eo erat, ut florentissimam
rop. tom. II. hanc Rempublicam, Sedi Apostolicæ
Hist. Chron. devotissimam ab imminente periculo
cont. l. 9. vindicaret. Eam ob rem Bonvilium
p. 177. cum bis centies aureorum millibus Le-
 gatum in Poloniam decrevit, ut sedato
 intestino tumultu Polonos ad arma in
 communem Christianæ Reipublicæ ho-
 stem convertenda induceret. Nec de-
 fuit pio huic conatui prosper successus,
 quippe hujus Nuntii Apostolici, necnon
 Cæsarei Legati opera in comitiis Var-
 soviciæ habitis Poloni Proceres antea
 inter se divisi, communi consilio in pa-
 triæ defensionem conspirarunt. Inlu-
 get

Sæc. XVII.
A. C. 1673.

per Viennam Moscoviæ Legatus ad Cæsarem Mense Aprili, & alius Mense Septembri Romam ad Clementem Papam decreti advenerant, exponentes, quod Magnus Moscoviæ Dux Polonis adversus Turcas auxilia submittere decrevisset, Cæsar igitur ad alendas copias annonam suppeditare, & Pontifex sua auctoritate ceteros Principes in belli societatem pellicere, & si Poloniæ Regem mori contingeret, Moscoviæ Ducis Filium ad hujus Regni solium promovere, haud gravaretur, ut junctis utriusque Regni viribus eo validior esset adversus Turcas potentia. Grata equidem accidit summo Pontifici tam promptæ voluntatis pollicitatio; displicuit tamen, quod semper communis causæ studium privatæ utilitatis quæstu vitari cerneret: eapropter se hoc negotium maturiori examini subiecturum Legato paucis respondit: Paulopost hanc in rem Pontificis literæ ad Ducem eidem Oratori fuerunt traditæ, quas hic acceptare recusabat, eo quod Pontifex Cæsaris titulo Ducem Moschum haud honorasset, hoc tamen dissidium Poloniæ Legatus adeo dextere composuit, ut Moschus insolitis honoribus cumulatus, non sine animi sui satisfactione Roma discederet. Paulopost venerat in Poloniã alter Mo-

Uu 3 scoviæ

Sæc. XVII scovixæ Legatus, aſt Regni Ordines ob-
 A. C. 1673. latam ab eo armorum unionem, quam-
 vis intempſtivo nimis contemptu, re-
 jecerunt.

§. LXXXI.

*Proſpera Religionis Catholice incre-
 menta in Sinarum Regno.*

Pufend. In- Inter tot amaras, quibus paternus
trod. a l'Hiſt. ſummi Pontificis animus agitabatur,
Univ. t. 6. ſollicitudines tandem ex ipsis gentilita-
p. 353. tis tenebris lætitiæ ſplendores emicare
Hiſt. Chron. cæperant, allato nuntio ex Chinenſium
cont. l. 9. Imperio, quod ibidem Cang-Hi Im-
pag. 177. perator plenam Religionis Chriſtiane
Du Halde libertatem, quam Calviniani in Angli-
part. 3. Catholicis denegabant, iisdem indol-
 ſerit; poſtquam enim juvenis hic Prin-
 ceps poſt Sony præcipui ſui Tutoris ob-
 tum ipſus imperii clavum moderari ce-
 perat, primas eo curas intendit, ut
 Sou-ca-ma alterius Tutoris admini-
 ſtrationem inquireretur, quem etiam Re-
 gni peſſime adminiſtrati atque inhu-
 manæ Catholicorum vexationis rem-
 laqueo ſuffocari præcepit. Sublato hoc
 Chriſtiani nominis hoſte religio Catho-
 lica indies nova cepit incrementa, &
 quamvis remotiorum Provinciarum Pro-
 Reges ac Præfecti ſæpius ſolito fac-
 tiſimi furore ſeſe opponere tentarent.

semper tamen inter ipsa Tyrannorum Sæc. XVII.
 supplicia crescebat Christianorum nu- A. C. 1673.
 merus, sensimque vexantium phrene-
 sis sanabatur partim Catholicorum con-
 stantia, partim Imperatoris clementia;
 cum enim hic Princeps fidei orthodoxæ
 præcepta ipse discussisset, nihilque pe-
 riculosum in ea reperisset, aliunde vero
 Patrem Ferdinandum Verbiest Mandar-
 inum singulari favore & affectu digna-
 retur, Missionarii a præfatis Guberna-
 toribus vexati tempestive eundem in-
 terpellarunt, cujus etiam hortatu Im-
 perator diras tempestates remotioribus
 Ecclesiis impendentes feliciter dissipav-
 it. Enimvero hæc ipsa Imperatoris
 benevolentia magnam invidiam odium-
 que Missionariis comparabat: Sinenses
 enim suas artes ac scientias, prout eas
 a Majoribus hauserant, super astra ex-
 tollere assueti, iniquissimo tulerunt ani-
 mo, quod palam instituto Calendarii
 examine, Europæum ipso Sinensi longe
 accuratius fore judicatum fuerit, ac
 ipsemet Imperator illud ante quadri-
 ennium patrio Calendario præferri iussit.
 Tandem vero æmulum livori
 frænum est injectum, & malevolorum
 artes dissipatæ, postquam Imperator
 promulgato edicto Catholicis liberum
 fidei suæ exercitium in universo Regno
 concesserat, ac Sacerdotibus ex Can-
 tonensi

Sæc. XVII.
A. C. 1673

tonensi exilio revocatis Ecclesias restitui, pluresque Viros Apostolicos Mathematicis scientiis insignes pretiosa navi advehi, atque ad Aulam deduci iusserat: Eapropter Catholici non modo Amacaoi, sed etiam Romæ & alibi insolita lætitia efferebantur. Ne vero totius Regni ad fidem Catholicam conversio omnino proxima & certa esset, unice deesse videbatur amplectendæ Religionis libertas *Sinenfibus* quoque indulgenda per publicum Imperatoris edictum, quod tamen etiam anno hujus sæculi nonagesimo primo promulgatum est, incredibili Catholicorum gaudio, licet illud dissidia inter ipsos Missionarios denuo recrudescencia brevi contaminassent.

§. LXXXII.

Principum atque illustrium obitus.

*Wagner hist.
Leop. I. 4.
pag. 317.*

Hunc annum vitæ suæ exitialem habere Principum non pauci, et primo quidem luxerat Augustissima Domina Austriaca nimis præmaturam mortem Margarethæ Theresiæ, quæ Philippo IV. Hispaniarum Regis Filia, & Leopoldi I. Cæsaris conjux erat; postquam enim anno priori Filiam nomine Mariam Annam enixa est, hoc anno die vigesima secunda Martii Vienna deceit

Sæc. XVII.
A.C. 1673.

decessit, tanto Cæsaris, omniumque
Aulicorum mærore, ut eidem lacri-
mis ac dolore majore, quam pompa
funebri parentaretur. Hujus fatum
præcesserat Joannes Philippus de Schön-
born Archiepiscopus & Elector Mogun-
tinus, & Episcopus Herbipolensis ac
Wormatiensis. Princeps erat ingenio
dextrimus, qui suis consiliis juxta
ac indefesso labore gravique auctoritate
plurimum ad pacem Imperio redditam
contulit: unde ejus aula eo ævo *laboriosa*
dicebatur. Restauravit Heidelbergensem
urbem & Academiam Erfordinam,
arcemque Marianam vallis & propu-
gnaculis munivit. Pariter anno hujus
sæculi sexagesimo nono pro sua in S.
Josephum pietate Herbipoli Ecclesiam
Patribus Carmelitis Excalceatis ex-
struxit, ac præsentis Ordinis Teutonici
Magistro diè festo ejusdem sancti sacra-
vit: Anno autem sequenti in senectu-
tis suæ solamen sibi in Coadjutorem
adscivit Lotharium Fridericum de Met-
ternich Spirensis Episcopus. Obiit
tandem optimus Princeps anno ætatis
suæ sexagesimo octavo diè duodecima
Februarii. Successorem habuit in Her-
bipolensi Episcopatu Joannem Hart-
mannum de Rosenbach. Eodem anno,
quo Michael Poloniæ Rex post cruen-
tum cum Tartaris bellum, propudiosam

Sæc. XVII.
A. C. 1673

pacem, intestina Procerum diffidia & post
superatas propriæ exauctorationis ma-
chinationes, primos victoriæ de Turcis re-
portatæ fructus delibare cæperat, die de-
cima Novembris fatis cedere coactus est.
anno ætatis suæ trigesimo tertio, Re-
gni vero quarto: Successit eidem Joannes
Sobieski supremus Regni Mareiculus,
qui ad hanc dignitatem iterata de
Turcis victoria aditum sibi pandebat; tur-
sis enim Tartarorum decem millibus post
Regis obitum ipsa etiam Turcarum
castra strenue aggressus, prope Chozymum
ad Tyram fluvium eos clade in-
ternecina delevit, adeo, ut quatuor
decim millibus in acie cæsis, quinque
mille ad præfati fluminis transitum sub-
mersi, totidem in fuga a Caminiaceis
sibus jugulati perirent, ac ipsius
Huffain Bassa eorum Bellidux cum re-
liquo exercitu Chozymum profugus,
post paucorum dierum obsidionem
urbemque dedere cogeretur: Præve-
nerat Regis sui obitum Wenceslaus
Gnesnensis Archiepiscopus Primas Re-
gni die quinta Aprilis defunctus, qui
Regi suo infensus, juncta cum factis
Proceribus opera Michaelem eo ad-
gere, incassum tamen, tentabat, et
deposita corona in Monasterium secede-
ret, retenta non nisi pensione annua.

§. LXXXIII

Sæc. XVII.

A. C. 1673.

§. LXXXIII.

Cardinales a Clemente X. inaugurati.

Hoc item anno Clemens X. Pontifex *Eggs suppl.*
 Maximus die vigesima octava Ja- *Purp. doctæ.*
 nuarii Felicem Rospigliosum Clemen-
 tis IX. Nepotem non sine maximo to-
 tius S. Collegii jubilo Cardinalem no-
 minabat, atque in grati animi testi-
 monium eidem proventus ad sustinen-
 dum hujus dignitatis decorem con-
 gruos assignabat. Die autem duode-
 cima Junii idem Pontifex pariter Ro-
 mana Purpura decorabat Fridericum
 Nerlium Apostolicum apud Gallos Le-
 gatum, qui Cardinalis Diaconus titu-
 lum SS. Cosmæ & Damiani optabat.
 Eadem die pariter nominati sunt Petrus
 Bassado Venetus, Hieronymus Cassa-
 nate tit. S. Sylvestri in Capite, &
 Hieronymus Gastaldus Genuensis.

§. LXXXIV.

*Tornacensis Synodi Diœcesanæ
 decreta.*

Die decima tertia Junii Gilbertus de
 Choiseul Tornacensis Episcopus
 Synodum celebrabat, in qua habita
 prolixiore oratione contra doctrinæ &
 Theologiæ corruptionem vehementer
 decla-

Sæc. XVII. declamans, quædam priorum Synodo-
A. C. 1673. rum decreta innovavit, peculiariter au-
 tem distincte prohibuit, ne, quando in
 solemnem processione SS. Sacramentum
 defertur, mulieres aut puellæ Vinum
 vel cerevisiam Viris propinent, aut
 vicissim mulieres Viris: imo nequidem
 Parochi permittant, ut Viri vel ado-
 lescentes ad popinas ducant puellas,
 si vero Viri eas compellant, & puellas
 se abduci patiantur, post trinam ad-
 monitionem ipsis ingressu Ecclesiæ pu-
 blice & nominatim interdicator, &
 nisi resipuerint, excommunicentur.
 Prohibuit etiam, ne laici propius ad
 Altare accedant, aut foeminæ intra
 Sanctuarii cancellos orent.

§. LXXXV.

*Nonnullæ Clementis X. Constitutio-
 nes.*

Bull. magn. Append. Const. Cle- mens X. t. 6. **P**ræter varias Constitutiones hoc an-
 no emanatas Clemens X. summus
 Pontifex die prima Januarii sub gravi
 pœna, inhibuit, ne occasione Jubilæi
 ædium Patroni pensionem Domus ab
 eis conductæ augere, vel modum sol-
 vendi pensionem immutare, aut non-
 dum finita locatione expellere audeant:
 adeo igitur omnem quæstum occasione
 Jubilæi aucupandum a Romanis alie-
 num

num fieri, urgebant Pontifices, proin Sæc. XVII. A. C. 1673.
 enormis; mendaxque calumnia est Protestantium & præcipue Jacobi Els-
 neri (*), qui *Jubilæa* vocat *Romanas*
nundinas, in quibus caro pretio & parata
pecunia peccatorum venia, & *prædicandi*
licentia venditur, quibus verbis hic Auctor
 stupidam suam ignorantiam, & effrænem
 calumniandi libidinem nimis luculenter
 prodidit, ipse ego, dum adhuc Ro-
 mæ eram, rationum libros in peregrino-
 rum Nosocomio ad SS. Trinitatem
 inspexi, ac vidi, quod adhuc solvenda
 præfato Nosocomio incumberent plus-
 quam quinquaginta aureorum millia,
 quæ pro alendis peregrinis ad Jubilæum
 anni 1700. confluentibus expensa fuere.
 Erubescant tandem hi maledici sua ob-
 soleta mendacia rudibus venditare: ast
 ejusmodi homines jam in religionem
 verterunt mentiri & calumniari, quoties
 de Pontificibus & Catholicis agitur: leve
 tamen damnum Ecclesiæ Catholicæ
 inferunt, eo quod ejusmodi convitia
 centies recocta ac millies falsitatis con-
 victa non nisi cum summa nausea a
 moderatioribus etiam A catholicis le-
 guntur, & cum stomacho ad quisqui-
 lias rejiciuntur, nec etiam ejusmodi
 jocularis lixæ, ac rabulæ in quæ-
 vis

(*) Orat. inaugurat. de Zelo Theologico.

Sæc. XVII. vis mendacia venales inde aliud repor-
 A. C. 1673. tant lucrum, nisi quod eis toties men-
~~ti fuerit~~ tiri fuerit nemo fidem habeat, ne tunc
 quidem, cum vera scribunt.

Præterea summus Pontifex tra-
 S. Congregationis Regularium decreta
 confirmavit, quibus novos Conventus
 in variis Diæcesibus erigendi facultas
 Carmelitis Discalceatis, Capuccinis,
 & reformatis S. Francisci de observan-
 tia denegata fuit, denique die octava
 Maij Pontifex indulgentias a Leone IV.
 Joanne XXII. Sixto IV. & V. Paulo V.
 aliisque Pontificibus Ordini Carmeli-
 tano, & sodalibus Confraternitatis
 S. Scapularis concessas confirmavit,
 novasque indulfit.

§. LXXXVI.

*Diversæ S. Congregationum Roma-
 narum decisiones.*

Decis. SS. Exortis subinde variis dubiis facta
Congr. Imm. Congregationes Romanæ ab Ordi-
Rit. Conc. nariis consultæ plura ediderunt decre-
Etc. ta, cumque a nonnullis Episcopis de-
 bitatum esset, an in Ecclesiis Monas-
 terium eorum curæ subjectis Christi-
 deles possint etiam lucrari indulgentiis
 in festis sanctorum Ordinis concessis,
 ut ergo omne dubium & contentions
 occasio inter locorum Ordinarios &
 Reg-

Sæc. XVII.
A. C. 1673.

Regulares tolleretur, Josephus Euse-
nius Episcopus Porphyriensis, & Sa-
crarii Apostolici Præfectus desuper S.
Congregationem consuluit, quæ die
vigesima quarta Februarii respondit,
quod Christi fideles, qui Ecclesias Mo-
nialium vel Regularium vel Episcopo-
rum curæ subjectas visitant, æque in
utrisque indulgentias hasce lucrentur:
Die autem vigesima Aprilis S. Immu-
nitatis Congregatio decidit, quod vio-
latores immunitatis, libertatis, & ju-
risdictionis Ecclesiasticæ non possint ab-
solvī vi Jubilæi ab Excommunicatione,
in quam declarati fuerant incurși, sed
satisfacta parte, ad S. Congregationem
recurrere teneantur. Denique die de-
cima septima Junii sacra Rituum Con-
gregatio ad preces Dominici Minutuli
Congregationis Olivetanæ Lucensis Ge-
neralis, & Placidi Moronis ejusdem
Ordinis Abbatis censuit, officium cum
Octava S. Franciscæ Romanæ, aliàs
eidem Congregationi Romæ recitari
concessum, etiam tempore quadrage-
simæ, extendi posse ad totam Con-
gregationem.

§. LXXXVII.

*Obitus quorundam scriptorum suis
lucubrationibus insignium.*

Obiere

Sæc. XVII.
A. C. 1673.

*Du Pin Bibl.
des Auth.
Eccl. t. 17.
pag. 196.
Cers. Bibl.
des Auth. de
la Congr.
de S. Maur.*

Obiere hoc anno ex Catholicis Scrip-
toribus nonnulli, quorum opera
posteris relicta celebrantur, & primo
quidem Parisiis die decima octava Ja-
nuarii decessit Petrus L'Allemant Prior
Congregationis Parisinæ Canonicorum
S. Augustini ad D. Genovesam, qui
præfatæ hujus sanctæ vitam, necnon
colloquia sacra animæ ad Deum Eu-
charisticum, & meditationes in *Pater
noster* edidit: magis adhuc commen-
dantur tres ejusdem tractatus; scilicet
*mors justorum, Testamentum spirituale, &
pia desideria mortis.* II. Ludovicus Bug-
not Benedictinus Congregationis S.
Mauri Prior die vigesima prima Sep-
tembris defunctus, Joannis Barclai
primum volumen Argenidis prælo sub-
jecit, notisque illustravit; scripsit quo-
que ligata oratione vitam, & regulam
S. Benedicti, & elogia plurium San-
ctorum ejusdem Ordinis. III. Michael
Lualdus Canonicus Romanus edidit
duos tomos de origine Religionis Chri-
stianæ in Occidente, Indiam Orienta-
lem Evangelio subjectam, Mundum
Christianum visibilem & invisibilem,
Missam explicatam, & tractatum de
vera religione ab Adamo incæpta, &
in sacrificiis continuata. IV. Joannes
Nicolai Ord. FF. Prædicatorum, qui
plurima aliorum opera, necnon
D. Tho-

D. Thomæ summam notis illustravit, Sæc. XVII. A. C. 1674.
 propria autem Minerva elucubravit judi-
 cium de propositione Arnaldi circa Pe-
 tri gratiam, tractatum de jejunii ritu
 juxta veterem Ecclesiæ usum, disser-
 tationem de Concilio plenario ex S.
 Augustini sensu, & de Baptismatis hæ-
 reticorum assertionem, de Baptismi an-
 tiquo usu, prolusionem contra Lau-
 noium, dissertationem de Constantini
 Baptismo, Rupellam Regiis armis ex-
 pugnatam, aliaque plura politica &
 exegetica. V. Joannes Cordies S. J.
 edidit tomos tres de officio eorum, qui
 familiam componunt. VI. Hierony-
 mus Lallemand itidem socius vulgavit
 relationes de Missione Canadensi.

§. LXXXVIII.

Scriptores A catholici hoc anno denati.

Inter paucos ex Scriptoribus Acatho-
 licis hoc anno defunctis potius suis
 deliriis, quam proficuis lucubrationi-
 bus nomen sibi comparabat Joannes
 Labbadie, qui ex Jesuitarum Socie-
 tate, quam deseruit, ad Calvini castra
 profugus pro indulta sentiendi libertate,
 & fanatici ingenii sui impetu Donati-
 starum, pluriumque veterum hæreti-
 corum errores innovavit, atque ex iis
 eodem, quo olim Calvinus, ductus
Vid. supra l. 201. §. 6. p. 13. & seqq. Arnold hist. Hæret. Freher Theatr. e- rud. p. 1. sect. 3. Veisman Hist. Eccl. p. 2. fol. 864. & 912.

Hist. Escl. Tom. LXIII.

XX

spi-

Sæc. XVII. spiritu novam doctrinæ reformationem
 A. C. 1674. conflavit. Edidit solemnem fidei de-
 clarationem, responsionem ad Pasto-
 res Montalbenses, apologiam contra
 Pontificiorum criminationes, epistolam
 ad Amicos in Papatu, Psalmos Evan-
 gelicos, pluraque alia æterna oblivio-
 ne digna. II. Henricus Dieft scripsit
 Theologiam Biblicam, Euchyridion
 Theologicum, Analysin Apocalypsis,
 mellificium Catecheticum &c. III. Bo-
 naventura Rechefeld posteris reliquit
 Theologiam Catecheticam: Pietatem
 domesticam, vindicias Evangeliorum
 præter quosdam sermones. IV. Geo-
 gius Neufeld typis vulgavit disputatio-
 nes de temperantia, amicitia, tyran-
 nide, cognitione naturali existentia
 Angelicæ, de virtute morali, fortitu-
 dine, modestia, & veracitate, necnon
 de Principum virtutibus. V. Samuel
 Maresius Calvinista, quem ipsemet
 Weismanus *Virum nimis rixosum & im-*
patientem appellat, eumque assensu
 dicit, quod, *si quidquam doctrinæ de gra-*
tia universali, in suo pectore haberet, non
sanguine suo evomere vellet. Temeraria
 dictum, si tamen verum, quod testatur
 Jurieu, quæstio de gratia universali
 sit res nullius momenti, indigna, ut La-
 therani inter se & Calvinistas murum sep-
 rationis erigant, imo ipsemet Maresius

Sæc. XVII.
A.C. 1674.

absque cruento vomitu asserere ausus fuerit, quod si quid circa gratiam, & prædestinationem inter Calvinistas & Lutheranos *ex imbecillitate mentis erratur, id omne christiane tolerandum sit inter fratres cum facilius inter varia unius magnæ urbis horologia sit conventurum, quam inter omnes Theologos circa hæc capita, sane hæc tolerantia cum sanguineo suo furore conciliari non poterit.* Ceterum Marelius scripsit sermonem de Prædestinatione, antitodum contra rebellionem, apologiam Calvinistarum, acta disputationis inter Franciscanum Anonymum, & Ministros Trajectenses, tractatum de flagellantium processione, imposturam Monachalem, concordiam discordem contra Grotium, varia contra Voetium, & plura alia, in quibus multum bilis, & parum iudicii ac moderationis reperitur. VI, Joannes Müllerus edidit Lutheri defensionem, Atheismum devictum, admonitionem de vitanda doctrina Pontificiorum, Anti-Jansenium, tractatum de Quackerorum religione, & de Sacrificio Missæ Pontificiæ præter alia.

Sæc. XVII.
A. C. 1674.

§. LXXXIX.

*Libri P. Ægidii Estrix Jesuitæ
S. Congregatione proscripti.*

*Index lib.
proh. p. 94.
Argentre
Coll. Jud.
t. 3. p. 338.*

Anno hujus sæculi septuagesimo quarto S. Universitatis Inquisitionis Romanæ Congregatio, ut opinionum Theologiarum laxitatem reprimeret, singulari studio invigilabat, atque inter alia ad idem tribunal delata opera, jussu summi Pontificis Clementis X. die quinta Aprilis proscripsit Ægidii Estrix Lovniensis Theologi e societate Jesuitarum librum ita inscriptum: *Diatriba Theologica de Sapientia Dei benefica & veritate, sive manu ductio ad fidem Divinam pervigilantiam.* Hic idem enim Authorem assert. 33. p. 80. hanc propugnabat propositionem: *Judicium probabile ac verum de locutione divina cæterisque ad fidem perveniendis satis momenti habere, ut is, qui ex illo dependet assensus fidei supernaturalis, etiamsi veniat in mentem contraria ratio, adsitque formido, ne Deus non locutus, quæ hic & hunc deponi non possit.*

Mirum tamen, quod insuper habita hoc Sedis Apostolicæ interdicto laudatus Martinus de Ripalda Jesuita disputans de fide eandem doctrinam propugnaret, ac Innocentium XI. compulerit, ut anno 1679. per eandem Congregationem hanc

hanc ipsius doctrinam proscriberet: Sæc. XVII.
Affensus fidei supernaturalis, & utilis ad salutem stat cum notitia solum probabili revelationis, immo cum formidine, qua quis formidet, ne non sit locutus Deus. A.C. 1674.

Præterea eodem anno simul præfata Congregatio confixit ejusdem Jesuitæ libros, quibus titulus: *Dilucidatio doctrinæ de fide imperfecta, & Apologia pro summis Pontificibus &c.*

§. XC.

Alia propositio a Parisiensi Facultate Theologica proscripta.

Eodem anno Pintevilleus Sorbonæ Doctor publicæ præfuit Disputationi, in qua ejus Discipulus Michael Gelee Ordinis FF. Minorum hanc thesin propugnabat: *Concilium Lateranense sub Innocentio III. Cap. OMNIS UTRIQUE SEXUS*, per proprium sacerdotem intelligit parochum, absque intentione tamen excludendi summum Pontificem aut Episcopum Diæcesanum: qui confitentur peccata sua Religiosis privilegiatis, & a summo Pontifice licentiam habentibus abunde præcepto Confessionis annuæ satisfaciunt, si ad id privilegium speciale habeant,

Nonnullis hæc doctrina stomachum movit, quocirca Facultati Parisinæ examinanda, die prima Octobris

Sæc. XVII. traditur: Prævenerat eam tamen Pa-
 A. C. 1674. risiensis Archiepiscopus, qui a Rege
 impetraverat, ut Facultas haud ultra
 hac de re deliberaret, Pintevilleus au-
 tem disputationis Præses in exilium
 deportaretur.

§. XCI.

*Quædam monita a S. Congregatione
 S. Officii Romæ prohibita.*

Spargebatur hoc anno in vulgus, li-
 bellus quidam sub hoc titulo: *Mo-
 nita salutaria B. Virginis Mariæ ad Cate-
 chizatos suos indiscretos.* Prodiit anno primo
 hic factus primum Gandavi unacum ap-
 probatione Censoris Domini Joannis
 Gillemans SS. Theologiæ Licentiatæ, &
 Ecclesiæ Gandavensis Canonici & Ar-
 chipresbyteri. Postea idem libellus
 Gallice redditus edebatur, hoc autem
 anno Leodii, & quarto demum præ-
 Lovanii recusatus est, novæque huic edi-
 tioni addita legitur approbatio Petri
 de Wallenburg Mysienfis Episcopi &
 Suffraganei Colonienfis, necnon Petri
 Ansemii Vicarii Generalis ejusdem A-
 chidiæcesis, & Francisci Francken De-
 cani, Henrici Patritii, & Joannis Pol-
 Parochorum, quibus Gilberti Torne-
 censis Episcopi Epistola Pastoralis ad-
 jecta fuit. Hunc librum in Janfenita-
 rum

rum Mechliniensium officina fuisse fabri- Sæc. XVII.
 catum, communis erat opinio, partim A. C. 1674.
 quod Jansenistæ passim Jesuitis idolo-
 latricam circa B. Virginem superstitio-
 nem imputarent, prout Montaltius seu
 verius Paschal propterea in nona epi-
 stola sua Pastoralis jam antea Paulum
 Barrium Jesuitam vehementer exagita-
 verat, partim quod hujus libelli appro-
 batores potissimum patria Belgæ essent:
 Recensentur tamen hæc ipsa Monita in
 actis Eruditorum anno 1707. pag. 261.
 inter opuscula Joannis de May Prædi-
 cantis & Medici Medioburgensis. Quis-
 cunque demum illius fuerit Author, id
 certum est, quod sub specioso Hære-
 tiorum offensionem evitandi obtentu
 nequiter erroneas de cultu B. Virginis
 opiniones Catholicis affingat, eos a
 debita pietate erga eam avertere nita-
 tur, & hyperbolicas quorundam ex-
 pressionem velut approbatas in Ecclesia
 Catholica doctrinas venditet. Qua-
 propter re ad summum Pontificem de-
 lata, mox Congregatio sancti Officii
 hunc libellum mature discussit, edito-
 que decreto illum die decima nona Ju-
 nii proscripsit, *donec corrigatur*: Jam
 Mense præcedente Academia Mogun-
 tina spurium hunc fætum suppressit,
 & die septima Novembris Inquisitores
 Hispani illum censorio stigmatate nota-
 runt,

Sæc. XVII. A. C. 1674. runt, atque ipsemet Rex illius editionem ac lectionem in omnibus suis ditioribus proscripsit, eoquod propositiones de errore & impietate suspectas contineat, Scripturis S. abutatur, & fideles a pietate, devotione & invocatione Matris Dei arceat: Hanc quoque censuram suffulciebant P. Crassetius, Hazartus pluresque alii. Prodiit etiam eodem hoc anno Duacensibus literis alterum opusculum priori oppositum, quod sic inscribitur: *Jesu Christi maxime salutaria de cultu Dilectissimæ Mariæ exhibendo*, cujus Author est Theologus quidam Duacensis, Censuræ vero Mathias Gertmannus S. Theologiæ Doctor, Academiæ Cancellarius & Seminarii Regii Præses, qui hunc librum suo testimonio approbavit, ut non minus hæreticorum calumniis, quam aliorum querelis occurreretur.

§. XCII.

Jansenistarum motus adversus hanc S. Officii censuram.

Vix Jansenistæ hunc libellum Romæ notatum perceperant, cum illis hanc quoque technam non sine eorum infamia detectam indignantes, in acerbis prorumperent querelas; cetera vero impudentior Paschasius Quesnellus impu-

Sæc. XVII.
A. C. 1674.

impotentibus furiis, indomitaque rabie lapidem, qui eum feriebat, mordere, fulminare, atque in S. Officium bilis suæ spumam evomere cæperat, præcipue eoquod idem Tribunal pariter ipsius notas in S. Leonem nigro stigmate notasset. Igitur edito famoso libello, quamvis adhucdum nomen Catholici præferret, plusquam tamen Calviniano furore in sacri Officii decretum invehitur, illud *libellum diffamatorium, divinis legibus, bonisque moribus adversum, plenum falsitatibus & imposturis esse vocitat*, rem esse haud tolerandam, & insolentiam diutius non ferendam scribit, quod Monachi Inquisitores, paucique Cardinales toti mundo prohibeant retinere libros, quos ipsi Romæ damnant, perinde ac si ipsis potestas esset præcipiendi Episcopis, qui tamen ipsis saltem æquales, ni etiam superiores forent: postea sacram Congregationem schismaticæ usurpationis postulat, eoquod salutarem instructionem indiscretis B. V. Mariæ Cultoribus datam damnare præsumperit, cum tamen ea a sapientissimis Episcopis fuerit approbata, jurisque publici facta.

Moderatior erat alius Anonymus horum monitorum vindex, qui libellum sub hoc titulo edidit: *Monita salutaria B. V. Mariæ vindicata per notas*

Xx 5

salu-

Sæc. XVII. *salutares ad libellum intitulatum: Cultus
A. C. 1674. B. V. Mariæ vindicatus P. Hieronimi*

Henneguiet & similes Scriptores, auctore
quodam Regulari orthodoxi cultus B. V.
Mariæ Zelatoris, cui accedit Appendix con-
tra defensionem B. V. Mariæ Ludovici Bo-
na. Hic tamen idem libellus a S. Con-
gregatione post biennium die vigesima
secunda Junii proscriptus est.

Denique ipsemet Author Monitorum, qui se Catholicum dicit, Mechliniæ apologiam hoc anno edidit, eo, ut inquit, consilio, ut hæreticorum calumnias, quibus quidam ex Catholicis prævis suis doctrinis contra Spiritum sanctum Scripturæ, Conciliorum & Sanctorum Petrum ansam præbuerant, falsitatis convinceret. Hic ergo præprimis quorundam devotionem, quæ ad superstitionem declinare videtur, carpens, ait: „negandum haud est, non paucos in „Ecclesia dari incautos, indiscretos „& falso zelo errantes, imo turpi lucra „inhiantes, qui a crimine idololatriæ „non erant omnino innoxii, quique „abusus istos præterea defendebant „& sibi aliisque persuadere conabantur, Ecclesiam eosdem quoque approbare, & suos facere. Atqui filiorum genuinorum erat in id laborare „ut petra scandali amoveretur. Inter „autem abusus non minimi censendi „erant

„erant, qui circa cultum S. Virginis a Sæc. XVII.
 „multis indiscrete committebantur. Sa- A. C. 1674.

„ne Antonius Goddeau Episcopus Ven-
 „ciensis in vita S. Caroli Borromæi te-
 „status fuerat, *abusus istos gemitum extor-*
 „*sisse omnibus illis, qui norunt, quousque*
 „*progredi debeat pietas in Dei Matrem.*

„igitur duo præsertim, inquit, se
 „suis monitis præstare studuisse, *primo*
 „vanam ac temerariam securitatem il-
 „lis adimere, qui B. Virginem exter-
 „nis duntaxat officiis prosequentes, &
 „in sceleribus interea secure perseve-
 „rantes, de vitæ emendatione haud
 „soliciti confidebant, *quod nullus cultor*
 „*Marianus æternum sit periturus, secundo*
 „Intemperantiam detegere, qua in e-
 „vehendo, ac præter modum promo-
 „vendo cultu & laudibus D. Virginis,
 „vel a concionatoribus, vel scriptori-
 „bus quibusdam sæpius delinquitur, &
 „qua pluribus fidelibus vera, ac
 „solida pietas, imo interdum ipsa viva
 „fides suffocatur & hæretici in errori-
 „bus suis obdurantur: quod sane inter
 „Jesuitas ipse Theophilus Raynaudus
 „libro, cui titulus *Diptycha Mariana* jam
 „ante intenderat.,

„Postea concedit quidem, Mariam
 „ad hoc invocandam esse, ut precibus
 „suis defectum nostrum & imbecillita-
 „tem erga Deum suppleat: amandam
 „&

Sæc. XVII „& colendam esse, ut patronam no-
 A.C. 1674 „stram apud Deum, apud quem mul-
 „tum ejus preces valent, precationem
 „hanc saluberrimam esse, nimirum
 „ut nobis impetret cognitionem & amo-
 „rem veri Dei, ejusque filii Jesu Christi,
 „in quo ipsamet veritas testatur, con-
 „sistere vitam æternam, Joh. 17. 1. 3.

Totus autem in eo erat Author,
 ut excusaret, quod negaverit, B. Ma-
 riam Virginem esse refugium impœni-
 tentium; quod dixerit, eos non juvari
 formulis ac precationibus, aut signis
 & instrumentis pietatis, quæ gesta-
 verint, aut confraternitatibus, aut so-
 dalitatibus, quibus nomen dederint;
 quod B. Mariam conservam fidelium
 appellaverit; quod scripserit eam Me-
 diatricem aut advocatam non esse eo
 sensu, quo Christus Mediator & advo-
 catus est, quod salvatricis vel core-
 demptricis aut omnipotentis titulo eam
 decorandam abnuerit; quod reproba-
 verit Hyperbolicas & anomalas locu-
 tiones, ac laudes, maximeque quando
 dicitur *Mater misericordie*, ubi Chri-
 stus severus iudex appellatur; quod no-
 luerit, plus temporis & precum B. Ma-
 riæ, quam Deo impendi, quod im-
 pugnaverit eos, qui falso se ipsius man-
 cipia vocitant.

Deni-

Denique sollicitè sese tuebatur, quod Sæc. XVII.
 redarguisset cultum & ornatum inordi- A. C. 1674.
 natum, qui primo & præcipue adhi-
 betur minus merenti & indigenti, ni-
 mirum statuis ligneis, lapideis, adeo-
 que mortuis, præteritis vivis Christi
 membris, pauperibus scilicet & egenis
 absque ipso etiam salvatore sub specie-
 bus panis inter nos continuo personali-
 ter commorante. Addita hac moni-
 tione, *nolite sicut gentes ponere fiduciam*
in statuâ vel imaginibus B. Virginis, quam-
 vis miraculosæ sint, quod nulla illis
 virtus inesset; vel pro hac illave figura
 Beatæ Mariæ aut ejus dotibus ac præ-
 rogativis contendere: Nimirum Author
 fingebat, se totum in eo esse, ut nihil
 Virgini beatæ detraheret, nec quic-
 quam Deo derogaret, quando nihil
 ipsi soli debitum creaturæ adscriben-
 dum erat juxta Augustinum de vera
 religione Cap. LV. Cujus verba per-
 petuum memoranda vult & vovet, ut
 indiscretus erga B. Virginem aut san-
 ctos cultus evitetur.

Insuper Joannes Neercasselius Casto-
 riensis Episcopus in suo tractatu *de San-*
ctorum & præcipue B. Virginis Mariæ
cultu haud inconcinne devotionis in-
 temperantiam a vera pietate segregavit.
 Recruduit eadem hæc contentio no-
 vissime, editis libellis Antonii Lam-
 pridi,

Sæc. XVII. pridii, id est, Ludovici Antonii Ma-
 A. C. 1674 ratorii, occasione cujus anno Christi
 millesimo septingentesimo quadrage-
 mo Salisburgi inter Benedictinos &
 quosdam Jureconsultos ingens exaruit
 dissidium. Ceterum ut eluceat, quod
 S. Congregatio jure hæc monita pro-
 scripserit, & aliqua corrigi voluerit,
 quin tamen superstitiones, quæ ibidem
 carpuntur, approbare intenderit, hinc
 non modo hæc monita, sed etiam du-
 cense scriptum illis oppositum ad frontem
 hujus tomi ad Verbum apponemus.

§. XCIII.

*Ritus Sinenses novo Congregationis
 decreto prohibiti.*

Decret. & Propos. qua-
 lif. Rom.
 P. Navarr.
 Echard.
 Script. Ord.
 Præd. t. 2.
 pag. 720.
 Vid. supra
 l. 202. §. 32.
 p. 500. &
 lib. 203.
 §. 118.
 p. 384. &
 pag. 18.

Postquam P. Martinus Martinus Je-
 suita cum Alexandri VII. decreto
 circa ritus Sinenses die vigesima terti-
 Martii anno hujus sæculi quinquagesi-
 mo sexto Roma Macaoum reversus
 erat, non modo Patribus Dominicæ
 sed etiam PP. Joanni Adamo, Antonio
 de Govea, Ignatio de Costa, & Em-
 nueli Georgio hoc decretum utpote
 priori oppositum displicuit; suspice-
 bantur enim, dubia & quæsitæ a præ-
 fato Patre Martinio non integra fuisse
 fuisse proposita; quapropter ex illis
 magis ingenui decreverant, quod quæ-
 sitæ

vis Clemens IX. utrumque decretum Sæc. XVII.
pro diversa facti & circumstantiarum A. C. 1674.
expositione vim suam habere declarasset, ad majorem tamen securitatem in re tanti momenti necessarium foret ex Missionariis quempiam rursus Romam ablegare, qui sacræ Congregationi hæc dubia juxta rei veritatem proponeret. Sors ceciderat in P. Dominicum Ferdinandum Navarete Dominicanum: ast eo tempore ob quasdam dissensiones inter Sinenses & Lusitanos exortas cuncti Missionarii edicto regio in urbe Cantonensi detinebantur, postea tamen eo usque eis libertas concessa, ut quidem ad interiora Regni, atque ad suas Ecclesias redire prohiberentur, extra Sinas tamen abeundi quo vellent, eis integrum esset. Hac ergo opportunitate Dominicanus utendum ratus, consilium suum præfatis Jesuitis aperuit, iterque suum Romam versus exeunte anno hujus sæculi sexagesimo nono aggressus est. Tertio post anno Mense Martio tandem Madritum delatus, sexta Januarii Romam advenit, ubi summo Pontifici & sacræ Congregationi de Propaganda fide, quo statu res Sinicæ essent, tanta animi ingenuitate & rationum robore exposuit, ut auditis Laurentii Brancati de Laurea & Cajetani Mirabelli aliorumque respon-

Sæc. XVII. responsis ad ejus dubia Pontifex novo
 A. C. 1674. decreto Ritus Sinenses hoc anno pro-
 hiberet: Hanc in rem eodem tempore
 vulgabatur scriptum, cui titulus: *Du-
 bia proposita a P. Dominico Ferdinando
 Navarrete Anno MDCLXXIV. proposita
 sacrae Congregationi generali S. Romanæ
 & Universalis Inquisitionis transmissa Fra-
 tri Laurentio Brancato postea Cardinali
 de Laurea, & Cajetano Mirabello Clerico
 Regulari cum horum responsis.*

§. XCIV,

*Quædam summi Pontificis Constitu-
 tiones.*

Bull. magn. Clem. X. Inter alias Constitutiones hoc anno e-
Bull. Carmel. tom. 3. manatas Clemens X. die decima
 tertia Martii declaravit, quod Carme-
 litæ Excalceati cum licentia sui Super-
 ioris in quocunque loco etiam extra
 Diœceses, ubi eorum Conventus con-
 sistunt, mendicare valeant, & Pontifex
 plurimum desideret, ne eos Ordina-
 rius, vel Ordinarii aut Franciscani
 præsertim de Observantia, eos impe-
 dian: Præcepit etiam Pontifex om-
 nibus Episcopis & Regularibus, ut
 ordinationes S. Congregationis de Pro-
 paganda fide observent. Exemit quo-
 que Episcopos & Vicarios Apostolicos
 in Sinis & Indiis ab omni Jurisdictione
 Ord-

Ordinariorum in locis ipsis assignatis, Sæc. XVII.
 simulque quasdam causas in Lusitana A. C. 1674.
 Inquisitione pendentes ad Inquisitionem Romanam evocavit, eique obediri voluit: Denique conventionem a Carolo Emanuele Sabauda Duce anno Christi millesimo sexcentesimo tertio factam, qua Genevensibus quædam bona ad Cathedralis Ecclesiam spectantia cesserat, irritam, nullamque declaravit.

§. XCV.

Carolus II. Angliæ Rex a Protestantibus indigne habitus ac vexatus.

Alieni Imperii impatientia, & propriæ dominationis ambitus, quem Calviniana secta inspirat, sensim protestantes Anglos eo impulerat, ut infamem & feralem ludum, quo innoxium Caroli I. Regis sui sanguinem ante viginti quinque annos suo furori litabant, rursus instruere pararent: lidem omnino Senatores, qui paulo ante hosce parricidas publica execratione dignos censebant, nunc ipsimet eandem in Carolum II. fabulam cudebant, non alia ex culpa, nisi quod Rex magis humanus, & minus, quam exoptassent, crudelis in Catholicos fuerit: præprimis igitur in apertas querelas
Hist. Eccles. Tom. LXIII. Yy ad-

*Rapin Hist.
 d' Angl. l. 23.
 tom. 10.
 Salmon hist.
 Chron.
 d' Angl. t. I.
 p. 354.*

Sæc. XVII. adversus Regem erumpunt. I. Quod
A. C. 1674. Papismi incrementum sua auctoritate
 foveret, II. cum Franciæ Rege amicitiam
 Anglico Regno noxiam gereret. III. Temere bellum contra Batavos
 prosequeretur. IV. In Hibernia palam
 pessumdatis edictis Catholicos prote-
 geret. V. Proprio arbitrio libertatem
 conscientiaë indulgisset, & sine necessi-
 tate milites præter classem conscrip-
 set. VI. Insuperhabita Parlamenti op-
 positione Eboracensis Ducis matrimo-
 nium, & Religionis mutationem fir-
 mam, ratamque haberet. VII. Cum
 Arlintono, Buckinghamo, & Lauder-
 dalio, qui tamen despoticum imperium
 invehere molirentur, sua conferret con-
 silia. Jam dudum Parlamentarii ini-
 quo ferebant animo, quod Rex, ne
 vivam duntaxat Regis Umbram & ri-
 diculum simulacrum præferret, se-
 sibi a secretioribus consiliis selegit
 quibuscum Regni curas partiri, sibi-
 que a perfidis æmulorum machinationibus
 cavere posset: Hos ergo etiam cum dis-
 pendio honoris & vitæ a Regis latere
 eripere, Parlamentum in primis curis
 habuit, ac mortuo Clifordio, & Aslejo
 ad populi partes pellecto, reliquos tres
 suo furori immolare decrevit: unde Re-
 gem accessere, postulantes ab eo, ut
 Lauterdalium omnibus suis officis
 exue-

Sæc. XVII.
A. C. 1674.

exueret, & perpetuo a sua præsentia
& consiliis amoveret: postea adversus
Buckinghamum undecim accusationum
capita ac quæstiones proposuerunt, pa-
riter Arlingtonum insuperhabita sui de-
fensione in Senatu facta, nihilominus
reum fecere aperti Catholicorum patro-
cinii, & introductæ potestatis arbitra-
riæ. Nec his contenti, etiam Regem
urgebant, ut jam octavo edicto omnes
Catholicos durante Parlamento ex Lon-
dinenfi & Westmonasteriensi urbe ex-
pelleret, jejunii diem per universum
Regnum eo fine indiceret, ut Dei au-
xilium contra Papismi molimina im-
ploraretur: Præter hæc etiam postula-
bant, ut Londinenses & Middlesexien-
ses copias omnesque totius Regni mi-
lites ad nutum paratos esse juberet,
ut sese seditioni a Papistis & male con-
tentis fors excitandæ opponerent, ac
denique, cum antea pro illis duntaxat,
qui quoddam officium præstarent, fi-
dei juramentum præscripsisset, nunc
promiscue ab omnibus & singulis se-
quens juramentum præstari præcipe-
ret: *Profiteor, testor, atque ex toto corde
meo, in conspectu Dei omnipotentis declaro,
me in conscientia mea non credere, quod
Ecclesia Romana sit sola Ecclesia Christi
Catholica, atque universalis, extra quam
nulla salus, aut quod Papa ullam juris-*
Yy 2 *dictio-*

Sæc. XVII. A. C. 1674. *dictionem vel supremam auctoritatem in Ec-*
clesiam Catholicam in genere, aut in ne
in particulari habeat, aut quod soli Eccle-
sie Romane competat judicare de sensu &
interpretatione sacre Scripturae, aut quod
in Sancto Eucharistice Sacramento perfecta
fiat substantie panis & vini in Christi cor-
pus transmutatio, quam præfata Ecclesia
Romana TRANSSUBSTANTIATIO-
NEM appellat: Nec etiam credo, quod
Virgo Maria, aut alius quisunque Sanctus
adorandus vel colendus sit, aut quod ad illos
preces nostræ sint dirigendæ: Abjuro etiam,
& abnego omnes præfatas doctrinas & ar-
ticulos, tanquam falsos, erroneos, &
Verbo Divino ac religioni contrarios. Tan-
tas conscientiarum carnificinas nec ab
ipsis etiam barbaris unquam in ultimis
deductas Parlamentarii Regi præferre
audebant, quem tamen ipsi accusarunt,
quod Protestantium religionem abjurasset,
ac Catholicæ religioni addictus in secreto Palatii sui Se-
cello singulis diebus Divino Sacrificio
interesset, necnon quandoque ibidem
sacram Synaxin sumpsisset, cum tamen
eadem die pariter in Protestantium Ec-
clesia Calvinianum panem manduca-
set. Præterea ut Regi suo, quem a
Gallorum foedere abstrahere intenti e-
rant, acerbiorum adhuc molestiam in-
terrent, non modo ad præcipitandam
pacem

pacem cum Hispanis & Batavis, sed etiam ad omnes milites ab Anno 1663. conscriptos, imo ipsos etiam Regios Equestres satellites suos exauſtorandos eundem adegerunt: cum vero Regem suum adhuc magis inermem, omnique armata ope destitutum desiderarent, insuper abrogarunt legem a Scotiæ Parlamento conditam, vi cujus Scotiæ exercitus ex solo Scotici Parlamenti jussu in Angliam vel Hiberniam movere tenebatur: Denique etiam in dubium vocabant, an Rex quempiam ex solo suo mandato custodiæ dare posset? Nulla nempe ingenia tam prona ad seditiones, in Reges suos movendas, quam quæ sub Religionis obtentu iniquas oppressiones, calumnias & violentias inferre, in religionem trahunt.

Sæc. XVII.
A. C. 1674.

§. XCVI.

Joannes Bona Cardinalis fatis fundus.

Luxit hoc anno sacrum Purpuratorum Collegium, illustre Decus, Joannem Bona. Hic Monte Regali in Subalpinis Italiæ nobili genere natus, jam anno ætatis suæ decimo quinto celeberrimum Cisterciensium Ordinem ingressus, juventutem suam raro festinatoque virtutum omnium ac disciplinarum

Old. in cont. Ciacon. Eggs Purp. dott. l. 6. Niceron t. 3. pag. 127. Dupin Bibl. des Auth. Siecl. XVII.

Sæc. XVII. narum concursu & profectu cunctis ad
 A. C. 1674. mirabilem reddidit, quocirca tempe-
 stive percursis omnibus honorum labo-
 rumque gradibus semel ac iterum sup-
 premus Generalis Abbas, licet invitatus
 ac reluctans seligebatur, a Fabio Chi-
 sio Cardinale tantopere æstimatus, ut
 ab eo in summum Pontificem electo Ro-
 mana Purpura decoratus fuisset, nisi
 prona Pontificis voluntate potentior
 fuisset Joannis humilitas, quæ tamen
 Apostolico præcepto eo usque cedere
 coacta erat, ut inter familiares Ale-
 xandri VII. Papæ adscitus, Consultoris
 officium in sacris Congregationibus In-
 dicit. Rituum, & S. Inquisitionis ac-
 ceptare compelleretur: Demum vero
 præter propriam, omniumque expecte-
 tionem ante quinquennium a Clem. X.
 ad Purpuram potius pertractus, quam
 promotus est: mortuo autem hoc Pon-
 tifice non pauci eum Successorem ex-
 optabant: quo rumore per urbem sparsis
 aut ex livore, aut potius ingenii aciem
 ut comitorum tempore fieri amat
 ostentandi pruritu quidam quatuor hæc
 verba publice affixit: *Papa bona foret
 solacismus*, cui tamen mox Pater Dau-
 gieres hoc carmen in publico foro af-
 fixum opposuit:

Grammatices leges plerumque Ecclesia Sæc. XVII.
spernit, A. C. 1674.

Forte erit, ut liceat dicere: Papa
Bona:

Una Solacismi ne te conturbet imago,
Esset Papa bonus, si Bona Papa
foret.

Tandem vero hic Cardinalis non sine sanctitatis opinione die vigesima octava Octobris Romæ decessit anno ætatis suæ sexagesimo quinto. Edidit plura opuscula, inter quæ primas tenet tractatus de rebus liturgicis, & alius de Psalmodia Divina, cujus editio Parisina anni 1667. Romana locupletior est; quicquid enim ad Ecclesiæ cantum pertinet, hoc in libro tantum solertia traditur, ut etiam peculiare caput de solo *Alleluja* habeatur. Hic quoque Autor post Thomam Demsterum primus est, qui Scriptorum, quos allegat, catalogum cum crisi de quolibet sigillatim edidit, & plura valde notabilia adduxit. Scripsit etiam præter pias epistolas & sermones, tractatus de discretionem Spirituum & alium de principiis vitæ Christianæ, qui tractatus ferme libris Thomæ Kempensis æquari potest, necnon manuactionem ad cælum, & viam compendii ad Deum & Horologium Asceticum: carpitur tamen, quod in

Yy 4 sua

Sæc. XVII sua crisi nonnunquam in Scriptores
 A. C. 1674. Acatholicos, etiam in rebus, ubi de
 fide non agitur, calamum nimis acue-
 rit, forte provocatus ab intemperan-
 tioribus quibusdam ejusmodi scriptori-
 bus, qui omnes suas lucubrationes bilis
 in Papas, Cardinales &c. effusæ guttis
 contaminare solent.

§. XCVII.

*Marcelli sanctæ Crucii Cardinalis
 obitus.*

*Palat. Fast.
 Card. t. 4.*

Eadem mortis necessitate Marcellus
 Sanctacrucius nobilis Romanus
 vivis ereptus est. Hic scientiis sue
 conditioni congruis apprime imbutus,
 juris prudentiæ operam dedit, ac Do-
 ctoratus laurea insignitus, primo utrius-
 que signaturæ Referendarius & Con-
 gregationis de bono regimine Consultor
 nominatus, ab Innocentio X. ad fedan-
 da dissidia inter Reatinos, atque ipsi
 finitimos decernebatur, qua causa fe-
 liciter terminata Pro-Legatus Bonon-
 niensis, & postea fervente bello Castrani
 Commissarius Generalis in variis Pro-
 vinciiis & demum Tiburtinus Episcopus
 renuntiabatur, inde Romam reverfus,
 ad Poloniæ Regis preces ab eodem
 Pontifice Romanam Purpuram adeptus
 est, utiliterque ingenii sui dotes in Ec-
 clesiæ

clisæ proventum & obsequia impendit, *Sæc. XVII.*
 ac variis Congregationibus adscriptus, *A. C. 1674.*
 ubique suæ vigilantis, miræ in rebus
 gerendis dexteritatis, fidelitatis, ac pru-
 dentis luculenta reliquit vestigia: In-
 super Ecclesiam S. Mariæ in Publicolis
 nuncupatam olim a Majoribus suis jure
 Patronatus excitatam ære suo e funda-
 mentis ad novam, magisque splendi-
 dam formam reduxit; majore adhuc
 sollicitudine Tudertinum gregem suum
 ad salutaris doctrinæ pascua conducere,
 indefesso studio adlaboravit, Tandem
 vero anno ætatis suæ quinquagesimo
 quinto Romæ æternam a Deo merce-
 dem beato fine recepit.

§. XCVIII.

*Octavii Aquavivæ Cardinalis
 extrema.*

Eodem hoc anno naturæ debitum sol- *Ciacon. in*
 vit Octavius Aquaviva de Arrago- *vit. Innoc. X.*
 nia, ex nobilissima hujus nominis stirpe *tom. 4.*
 Neapolitana progenitus, qui emenso
 studiorum curriculo Romam delatus,
 ab Urbano VIII inter honorarios Cu-
 biculi Pontificii Ministros adlectus,
 Æfinæ, Urbevetanæ & Anconitanæ ur-
 bium Præfecturam obtinuit, variisque
 Congregationum negotiis adjunctus,
 tandem ab Innocentio X. inter Purpu-
 ratos

Sæc. XVII. rator cooptatus est. Interfuit comitiis
A. C. 1674. Alexandri VII. ubi sane intrepido ani-
 mo conclavis libertatem contra illos,
 qui eam nimis opprimere nitebantur,
 propugnabat: Erat enim Princeps ani-
 mi magnitudine, & discreto æquitatis
 Zelo præstans, in familiares liberalis,
 in amicos munificus, erga omnes mi-
 tis, sui que honoris tenax & ubique
 splendidus: Attigit annum ætatis sue
 sexagesimum quintum.

§. XCIX.

*Quædam Sacrarum Congregationum
 decisiones.*

*Decis. Rot
 Rom. Congr.
 imm. Rit.
 &c.*

Præter plures Constitutiones hoc an-
 no a S. Congregationum Patribus
 emanatas, etiam die nono Aprilis
 S. Rota Romana decisum legitur, quod
 quamvis distributiones quotidianæ Co-
 nonicis ex causa belli non residentibus
 debeantur, si tamen eorum aliquis e-
 tempore, quo ceteri redire, non re-
 dierit, iis frustretur: Eiusdem quoque
 Mensis die decima tertia per prælati
 Tribunalis Patres declaratum est, quod
 Capitulum & Canonici, si ad aliquam
 Ecclesiam simul non singuli, sed Capitulariter
 intervenire tenentur, non suffi-
 ficiant tres, quatuor aut quinque. Die
 vero decima quarta ejusdem Mensis
 Sacra

Sacræ Immunitatis Congregatio sta- Sæc. XVII.
 tuit, quod Episcopus pro decreto Ab- A. C. 1674.
 solutionis a censura ob læsam immuni-
 tatem incurfa nihil ob facultatem sibi
 a S. Congregatione delegatam accipere
 possit, salvo tamen, quod debetur pro
 redintegratione immunitatis, ac pro
 actis Curix ejusdem Episcopi: decla-
 ratum quoque a S. Rota die quarta Ju-
 nii, quod in decernendis Ecclesiastico-
 rum præeminentiis semper attendenda
 sit observantia, eodemque ex capite
 eadem S. Congregatio, dum contro-
 versia inter Patres Augustinianos, &
 inter Archipresbyterum a Corinaltinæ
 Collegiatæ Canonicos circa processio-
 nis transitum oriebatur, decidit, ma-
 nutenendos esse præfatos Patres in
 possessione processiois conducendæ per
 certas plateas: Sacra insuper immuni-
 tatis Congregatio die tertia Julii de-
 claravit, quod absolutio a censuris vi
 Canonis: *si quis suadente* &c. non per-
 tineat ad sacram Congregationem Im-
 munitatis. Denique ad preces Cardi-
 nalis Vincentii Marix Ursini Clem. X.
 Dominicanis concessit, ut die nona
 Novembris semel in anno Officium &
 Missam de omnibus Sanctis sui Ordinis
 celebrare valeant, Congregationi au-
 tem Hispaniarum Vallis Olivetanæ in-
 dultum, ut festa transitus SS. Benedi-
 dicti

Sæc. XVII. dicti & Scholasticæ cum octava etiam
A. C. 1674. in quadragesima celebrari possint.

§. C.

*Roberti Arnaldi d'Andillii obitus
& opera.*

Da Pin Bibl. des Auth.
Siecl XVII. pag. 93.
Marvill.
Melang. hist. Vol. I.
pag. 170.

Inter Scriptores omnino celebres hoc anno defunctos memoratur Robertus Arnaldus d'Andillii famosi Antonii Arnaldi Regii Advocati Filii nati major, cujus mortem posterisque relicta opera separatim recensemus, ne cavillandi occasionem præbeamus illi, qui Portu-Regiensibus Theologis separatim quoque in æternitate locum assignare videntur: Erat sane Robertus Vir ingenii acie, pietate ac probitate insignis, S. Francisco Salesio amicitia junctus, Ludovico XIII. Galliarum Regi percharus, pluribusque tam civilibus quam militaribus officiis ab eo honoratus: Mortua sua Coniuge, munus firepitum declinare intentus, ad Portu-Regiensem solitudinem secessit, ad quam tota ferme Arnaldina gens jam ante confugerat, proin & Robertus, si ibidem peccavit, originale contraxit peccatum: de cetero autem totum sese Gallice reddendis opusculis Asceticis, aut describendis Sanctorum Vitis dicebat. Traduxit autem Confessiones S. Augu-

Augustini, vitam Gregorii Lopez, Jansenii Sæc. XVII.
fermonem de reformatione hominis in- A. C. 1674.

terioris, tractatum S. Eucherii de con-
temptu mundi, scalam S. Climaci una-
cum commentariis Eliæ Cretensis &
vita ejusdem S. Climaci: Absoluto hoc
labore edidit Vitas plurimorum Sancto-
rum illustrium ex variis sæculis selectas.
Selegerat enim ex pene innumeris, quos
Surius, Bolandus, Rosweidus &c. sine
selectu congesserant, duntaxat illos,
quorum historiæ monumentis fide di-
gnis comprobatæ sunt, unde merito
(sit sine invidia aliorum dictum) hunc
Virum inter recentioris ævi primum
numerare possumus, qui vera ab apo-
gryphis & fabulis segregavit, & rela-
tiones historicas sine commixto falsi-
tatum fermento nobis proposuit. Com-
plectitur hoc volumen circiter septua-
ginta Sanctorum vitas tam Pontificum,
quam Episcoporum, Sacerdotum, Re-
gum, Principum, Magnatum & ple-
bæiorum ex variis antiquitatum mo-
numentis erutas; opus sane omnibus
numeris absolutum, dummodo An-
dillius non adjecisset vitam S. Sebastia-
ni, quæ tamen in quibusdam circum-
stantiis apud eruditorum potissimos fal-
situdinis arguitur. Collegit insuper An-
dillius instructiones Christianas ex Ab-
batis San. Cyrani epistolis exscerptas:

im-

Sæc. XVII. impigro etiam labore, prospero tamen
 A. C. 1674. successu opera Flavii Josephi Judæi ex
 Græco in Gallicum idioma transtulit,
 quæ versio a nemine non magni habetur;
 non minus enim eleganter, quam fideliter
 intimos Josephi sensus expressit Andilius,
 & Philonis Græci relationem de legatione
 Judæorum Alexandrinorum ad Cajum Cæsarem,
 quam Josephus nonnisi brevissimis notis illustravit,
 non sine magno eloquentiæ ornatu Andilius vertit,
 ediditque: non tamen omnibus probatur hæc versio,
 eo quod Andilius aut Authoris sui sensum
 non plane affectus, aut minus ingenue vertisse
 quibusdam videatur. *Ad genium lectoris habent sua fata libelli.* Ne
 vero Galli Hispana celebriorum Authorum
 Ascensi fraudarentur, hinc Andilius
 excellentiores selegit, ac præceteris
 Hispana opera S. Theresiæ & S. Joannis a
 Cruce Ordinis Carmelitarum Excalceatorum,
 necnon Joannis de Avila Gallice reddidit.
 Denique postremis vitæ suæ annis
 Historiam veteris Testamenti conscripsit,
 quo labore vix absoluto mors huic Viro
 calamum excussit die vigesima septima
 Septembris anno ætatis suæ octogesimo quinto.
 Morienti adfuit Arnaldus de Pomponis
 Marchio, ejusque duo Filii, necnon
 Saccius Doctor Portu - Regiensis; de-
 functo

functo etiam parentabat oratione fu- Sæc. XVII.
 nebri Antonius Arnaldus olim Sor- A.C. 1674.
 bonæ Doctor.

§. CI.

*Wenceslaus Eusebius Lokovicius Prin-
ceps relegatus.*

Dispersa pacis spe Ludovicus Franciæ Wagner hist.
 Rex subacta Burgundia Cæsareos Leop. 1. 5.
 ad Rhenum aggredi statuit, hujusque p. 363.
 expeditionis curam Turrenio Marefcallo Mont. mem.
 demandavit. Hic ergo duodecima Ju- pol. tom. 3.
 nii die, trajecto Rheno Sinzheimium Amelot.
 contendit, expugnatoque oppido cum mem. Hist.
 Cæsareis acri conflictu, sed anticipiti tom. 2.
 victoria decertat, in hoc solo superior,
 quod ei desideratis suorum quampluri-
 mis in acie adhuc noctem agere licue-
 rit, cum Cæsarei integris ordinibus
 retrocederent. Postea ipsemet quoque
 Turrenius devastato Palatinatu in Al-
 fatiam redire cogebatur, ab Argenti-
 nensibus strenue repulsus. Dein Holtz-
 heimium progressus, alliciente loci op-
 portunitate rursus in Cæsareos movit,
 non alio tamen pugnae successu, nisi
 quod præter impedimenta omnia suo-
 rum quatuor millia amiserit, & vicif-
 sim Cæsarei præter aliquot belli tor-
 menta in hostium manibus relicta plus-
 quam mille ducentos in prælio cæsos
 nume-

Sæc. XVII. A. C. 1674. numerarent: quocirca utraque pars sibi victoriam adjudicabat, eamque supplicationibus publicis, festivis ignibus, aliisque triumphis signis celebrabat: Nec felicius Cæsarei Brandeburgicis aucti, Brisacum cinxere, cum forte gloriosius Gallos iterata pugna fractos, morbisque pene consumptos insequi potuissent. Ast Belliducum dissidiis & cunctatione Turrenius sese periculo subducendi, & Cæsareos ex Allaticis hybernis expellendi & prope Mulhusium cædendi opportunitatem nanciscatur: Verum in Belgio ad Mosam Cæsarei Hispanis juncti ductore Soucheffio cum Gallis ad Senefam oppidum pugnam iniere, qua dimicantium ardore magis pertinacem, mutua stragemagis cruentam, ac successu magis ancipitem vix illius ævi Annales memorant: Cæsa fuere utrinque ferme duodecim millia, atque ex Belliducibus vix ullus sine glorioso vulnere campo excessit. Tandem nocte prælium dirimente, Gallisque ad tutiora sese recipiendi spatium suppeditante Arasionensis Dux Aldenardam cingere, Hispani vero unacum Cæsareis Condam, qui ad liberandam hanc urbem accurrerat, ad prælii necessitatem compellere statuunt. Educitur exercitus, prælium decernitur, inopinato autem Sou-

Souchesius relictis aliquot tormentis Sæc. XVII. A. C. 1674.
 cum suo agmine abscedit, caussatus, locum, quem ad pugnam delegissent, nimis iniquum esse: igitur aut malæ fidei, aut pertinaciæ insimulatus, in Moraviam exulare, a Cæsare jussus est. Non deerant, qui id a Souchesio factum crederent, non proprio, sed alieno, & quidem Lobkovicii Principis, ac primi Cæsarei Ministri instinctu, qui Austriæ Imperium ab Hispania dividere, Bellumque pro Batavis initum contra Gallos finire, constitutum decretumque habebat: Hæc suspicio haud parum firmabatur insolito præfati Ministri casu; quamvis enim paulo ante Cæsaris animus velut pro arbitrio moderaretur, ac in Aula & consilio primus esset, die tamen decima octava Augusti, cum pro more sanctiorem Senatum ingredi vellet, a Prætorianis prohibebatur, eique Hocherus Cancellarius scriptum ferale porrigebat hujus tenoris: *Lobkovicus jam nunc dignitate, omnibusque muniis exutus, Aula & Vienna intra triduum facessat, Raudnixii in Bohemia privatam vitam degat, & si proscriptionis causam quaesierit, ac cum quopiam literarium commercium habeat, vel non illico pareat, Principis dignitate, fundis, ipsaque vitaluat.* Perlecto hoc scripto Lobkovitius velut fulmine

Sæc. XVII. tactus, pransum ad Emericum Viennæ
 A.C. 1674. Episcopum iverat, ubi tamen auri
 velleris torquem exuere iustus, die vi-
 gesima ejusdem Mensis Equitum cen-
 turia cinctus Vienna Bohemiam inter
 acerba petulantis plebis ludibria de-
 portabatur. Vera gratiæ amissæ caus-
 sa inter Aulæ mysteria in hanc asque-
 diem delitescit, haud levem tamen
 fuisse, hæc Cæsaris alioquin mitissimæ
 verba indicabant: *nunquam majori vo-
 luptate cuidam, quam huic proscriptionis
 sententiæ subscripsimus: quocirca haud
 accedere possum iudicio cujusdam re-
 centioris Leopoldinæ Vitæ Scriptoris, qui
 hujus Ministri casum evenisse scribit
 Cæsareæ Junonis ob iram, & spre-
 formæ injuriam. Vero autem similis
 videtur, quod Lobkovitius clam Gal-
 lis favorit, Cæsarisque arcana Gra-
 monvillio Franciæ Oratori vel ipso ve-
 Ferrius, quem a secretis epistolis ha-
 buit, manifestarit, necnon cum Ele-
 manno & Guilielmo Fürstenbergiis con-
 spirarit: Ut res se habuerit, id tamen
 certum est, quod eodem hoc anno d-
 vix non eodem Mense, quo Lobkovit-
 tius Cæsaris gratia excidit, summo
 Pontifici supplicium, quod Cæsar
 præfato Principe Guilielmo sumere
 decreverat, manifestatum, præpe-
 tumque fuerit; cum enim hic Ministri*

hujus sententiæ a sanctiore Senatu sub-
scriptæ, & contra Fürstenbergium
suum Cognatum pronuntiatæ tabulas,
an ex incuria, vel industria, in cubiculo
suo omnibus obvias reliquisset. Ferrius
iis perlectis mox concubia adhuc nocte
ad Apostolicum Pontificis Nuntium
contendit, totamque rei seriem ape-
ruit: quo comperto Nuntius summo
mane obtenta alloquii copia Cæsarem
summi Pontificis nomine interpellabat,
ut Fürstenbergium utpote Ecclesiasti-
cum non a profana Curia damnari per-
mitteret. Igitur Cæsar suum unicui-
que tribuere assuetus, sententiæ quidem
executionem suspendi præcepit, & con-
testata obstrictaque Principis ac Chri-
stiani fide, Guilielmo vitæ veniam pol-
licitus est, ea tamen lege, ut Nuntius,
quo pollice sibi hoc arcanum fuisset in-
dicatum, manifestaret: Nec tergiver-
satus Papæ Nuntius, Cæsari auctorem
detexit; mox igitur Ferrius in carce-
rem raptus est, quem tamen nec cru-
ciatus nec tormenta ad prodenda Heri
sui consilia pertrahere poterant: Insu-
per Fürstenbergii ruinam alii adscri-
bunt imperioso suo ingenio, immodicæ
oris intemperantiæ, & asperæ dicaci-
tati, qua inter alia non raro dicebat:
*Cæsari unum VII. plus nocere, quam
Turcas, intelligens, Ungaros, Jesuitas*

Sæc. XVII & Judæos (*), per quos Cæsaris æra-
 A. C. 1674. rium exhauriri ajebat, in se tamen va-
 tiniana Aulicorum, plurimumque odia
 accerlebat.

§. CII.

Quorumdam scriptorum Catholicorum
 mors & lucubrationes.

Du Pin Bibl. des Auth. Eccl. Siecl. XVII. Colomes. Gall. orient. Amel. Mem. Hist. tom. 2. Vid. supra l. 205. §. 6. p. 23. & p. 25. §. 7. Obiere hoc anno ex Scriptoribus Ca-
 tholicis nonnulli, quorum lucubra-
 tiones quamdam Ecclesiæ utilitatem
 procurarunt, atque inter eos primas
 recurrit Valerianus Flavigni Parisiensis
 Doctor, qui in Biblia Polyglotta de Le
 Jay annotationes scripsit unacum epi-
 stola ad Franciscum Fleury Canonicum
 in qua eidem pro sua vehementia, ju-
 veni potius, quam veterano Doctri-
 congrua, acriter Pentateuchum Samar-
 tanum, & hebraici textus neglectum ex-
 probrabat, sibi vero Abrahamum Elche-
 lensem, Gabrielem Sionitam, Morinum
 aliosque in suum caput accerlebat.
 quanta autem violentia adversus the-
 sis Claromontanam declamarit, jam
 supra meminimus. Insuper thesaurum Lu-
 dovici de Cleve, qui Episcopatum a
 Sacerdotio distinctum non esse Sacre-
 me-

(*) Die Ungarn, Juden und Jesuiten, raub-
 dem Kaiser alle seine Güter.

mentum tradebat, tanquam probabilem propugnavit, suamque doctrinam postea edito defendit scripto, cui titulus: *Ad thesin Clevesianam de Episcopatu expectatæ vindiciæ*. II. Hugo Cressyus Anglicus, qui Romæ ejurato Calvino suæ conversionis rationes edidit, unacum Angliæ Historia Ecclesiastica, & quibusdam polemicis opusculis. III. Paulus de Rubeis Romanus collegit Volumina XVI. decisionum Rotæ Romanæ cum annotationibus: scripsit quoque duos tractatus de testamentis, & validitate legali. IV. Joannes Ferrierius Jesuita, qui Ludovico XIV. Galliarum Regi a confessionibus ab eodem feligebatur, ut Portu-Regienses Theologos ad Ecclesiæ obsequium reducere niteretur. Erat enim a partium studio tantopere alienus, ut licet Societatis amicus esset, non tamen illius mancipium fieri vellet, illamque pro æquitate causæ strenue quidem protegeret, in rebus vero minus æquis Patronum agere recusaret, asserens, se Regis Confessarium, non autem iniquæ causæ Advocatum esse: eapropter cum quidam Flandriæ Rector Humieriam Provinciæ Gubernatricem, perinde ac si palam Jansenismi doctrinam profiteretur, in suis literis depingeret, Ferrierius huic Matronæ desuper querenti,

Sæc. XVII ne ejusmodi rumoribus aures præberet,
 A. C. 1674. Rectori autem rescripsit, ut deinceps
 de ea modestius loqueretur, ne pote-
 tissimorum Societatis hostium nume-
 rum auget: Ea de causa librum circa
 quinque Jansenii propositiones scriptum,
 eique a quodam Jesuita Flandro sub-
 missum Regi exhibere detrectabat, ne
 Societatis adversariis cavillandi aniam
 præberet, perinde acsi Jesuitæ has con-
 troversias recoquere molirentur: ipse
 tamen ante viginti annos suppres-
 so nomine edidit suum *Jansenium*
damnatum, scripsit etiam admonitionem
 ad Arnaldi epistolam de Sacerdote Jan-
 senistas absolvere recusante, præter re-
 sponsum ad alteram ejusdem epi-
 stolam. Vulgavit insuper relationem
 gestorum in negotio Jansenistarum, neo-
 non submissionem eorum apparentem
 unacum ejus apologia: collegit de-
 que sententias insigniorum Casistarum
 super probabilitate opinionum in re
 morali: Exstât quoque ejusdem re-
 sponsio ad objectiones Vincentianas,
 de quibus mox infra. V. Gabriel Col-
 fartius S. J. qui Labbeianæ Collectioni
 Conciliorum operam suam locavit, &
 latine ex Græco reddidit Parthenii Pa-
 triarchæ Constantinopolitani decretum
 Synodale super Calvinianis dogma-
 bus. VI. Bernardus Guiard Ord. Fr.
 Præb.

Præd. scripsit discrimina inter doctrinam Thomisticam & Jansenianam, dissertationem, an S. Thomas calluerit linguam Græcam, novam apparitionem Lutheri & Calvinii in reflexionibus ad decretum reformationis quorundam Conventuum. Insulensibus quoque literis excusum existat opusculum, in quo hic Author demonstrat, Henricum III. Galliarum Regem non a Jacobo Clemente Dominicano, sed a proditoribus Ministris interfectum fuisse. VII. Vincentius Baronius ex eodem Ordine excudi curavit primo Anno 1665. Parisiis literis suam Theologiam adversus laxiores probabilistas, in qua de quaestione a Clemente VIII. decisa, *an quis per literas possit confiteri*, agit, refertque, quod Franciscus Suarez Jesuita novæ controversiæ ansam dederit, asserens, quod Papa duntaxat definiat quod absens possit confiteri peccata & absolutionem accipere per literas, non autem prohibuerit confessionem per literas, dummodo pœnitens absolutionem accipiat præsens; licet autem Pontifex, uti supra meminimus, hanc quoque Suaresii interpretationem damnarit, eamque ex ejus operibus expungi præceperit, nihilominus P. Theophilus Raynaudus S. J. hanc sui Socii explicationem defendit.

Sæc. XVII.
A. C. 1674.

*Vid. sup. t. 53.
ad calcem
Indicis.*

Sæc. XVII. A. C. 1674. dendam in se suscepit (*), hancque in rem specialem elucubravit librum, in quo ostendere sategit, Suarezum durtaxat ideo fuisse damnatum, eoquod Pontificis decretum, Papa adhuc vivente, interpretari ausus fuisset, de cetero autem ejus interpretatio verissima foret, eoquod, inquit ipse, ceremoniale Romanum absolvere permittat moribundum cognitione jam delitutum, si antea testatus fuerit, se peccata sua confessurum, Sacerdotis igitur præsentiam non esse conditionem absolute necessariam ad valorem confessionis, licet ea necessaria sit ad absolutionem: Scribit ergo Baronius adversus Theophylum, eidem exprobrans, quod Clementi VIII. injuriam irroget, asserendo, quod Papa in damnatione Suarezii magis auctoritatem suam, quam ipsam veritatem respexerit, præcipue, cum etiam in ejusmodi moribundi confessione valor sacramenti sit dubius, nec talis usus toleretur, nisi extrema urgente necessitate, aliunde vero Suarezii,

(*) Edito libello, cui titulus: *de epistolari confessione*: novam autem hujus Apologie editionem postea Jesuitæ Lugduni adornarunt, apposito hoc titulo: *de absolutione moribundi*; damnata enim epistolari confessione ægre obtineri potuisset Ordinarii approbatia

sus, eo quod propugnarit absolutionem Sæc. XVII.
 talem esse indubitate validam, a Papa A. C. 1674.
 damnatus fuerit. Præterea Baronius
 exagitavit Caramuelem, qui contra
 Fagnanum propugnauit, quod inter
 plures opiniones salva conscientia quis
 sequi possit minus probabilem, pariter
 contra Wendrokium ostendit, posse
 concurrere casus licet rarissimos, in
 quibus ignorantia invincibilis tam con-
 tra jus naturæ, quam positivum valeat
 habere locum.

Cum autem P. Guilielmus de Moia Vid. l. 205.
 Jesuita (*) sub ementito Amadæi Gui- S. 29. p. 89.
 menii nomine, uti meminimus, pro-
 positiones Casistis imputatas præcipue
 a S. Thomæ Discipulis antea traditas
 fuisse asseruisset, Baronius in sua *Ma-*
nuductione ad Moralem Theologiam osten-
 dit, S. Thomæ scholam semper ab ejus-
 modi doctrinis fuisse alienam. Incita-
 batur autem Baronius ad hanc defen-
 sionem, occasione cujusdam libri sub
 titulo *Æsculapius* editi; cum enim Hi-
 spanus quidam nomine Aquila hunc
 librum a quodam Dominicano & qui-
 dem

Zz 5

(*) Baronius illius Authorem putavit fuisse
 Theophilum Raynaudum, postea tamen illum
 a Moia Hispano, quem Baronius *Martinum*
 & alibi *Matthæum* vocat, confarcinatum
 comperit.

Sæc. XVII. dem Romæ in Conventu B. M. super
A. C. 1674. Minervam latitante fuisse conscriptum
 dixisset, cunctasque propositiones, in
 quas larvatus hic Æsculapius tanquam
 Decalogi præceptis contrarias tam ve-
 hementer invehitur, ab ipsis Domini-
 canis celebrioribus statui ac defendi
 scripsisset, huncque Aquilam Franciscus
 de Pietate calumniæ postularet, Guime-
 nius vero illum defenderet, eapropter
 Baronius Francisco suppetias ferens,
 allegatas a Guimeno propositiones aut
 esse falsas aut male intellectas, osten-
 dit, atque accurate non modo exami-
 navit, an reipsa ab Authoribus, qui-
 bus adscribuntur, fuerint traditæ, sed
 etiam an sint veræ vel falsæ.

Confutabat etiam Baronius, edito
 libro, cui titulus: *SS. Augustini & Tho-
 mæ vera mens de libertate humana &c.* duos
 Theophili libellos, æque ac P. Annati
 opusculum sub nomine *Philadelphi* edi-
 tum. Scripsit etiam apologiam pro
 sacra Congregatione Indicis contra Pe-
 tri a Valleclausa Jesuitæ famosum li-
 bellum *de immunitate Auctorum Cyriaco-*
rum. Plura etiam scripsit contra Lau-
 noium, aliosque. VIII. Vincentius
 Contenson ex eodem Ordine edidit ce-
 lebrem suam Theologiam mentis &
 Cordis. IX. Licinius a S. Scholastica
 Carmelita, prælo subjecit opusculum
 de

Vid. supra
l. 205. §. 64.
pag. 192.

de scientiis rite aquirendis, congrega-
 siones duas Teoduli cum Teopisto circa
 controversias præsentis Parisiensis Fa-
 cultatis Theologicæ, justitiam Christia-
 nam: Expositionem summæ D. Thomæ,
 specimen infidelitatis Jansenistarum in
 vertendis S. Patribus, Expositionem
 Cantici canticorum, & Theologiæ My-
 sticæ S. Dionysii Areopagitæ, Trium-
 phum veritatis contra Pseudo-Syno-
 dum Calvinistarum Juliodunensem præ-
 ter plurima alia opuscula Ascetica,
 Sanctorum vitas, & orationes funebres.

Sæc. XVII.
 A. C. 1674.

§. CIII.

*Petri Musæi obitus, opera, ac in-
 felix ejus studium in uniendis
 Calvinistis.*

Inter ceteros Protestantium Scriptores
 hoc anno denatos primum, separa-
 tumque locum vendicamus Petro Mu-
 sæo Lutherano Theologiæ Professore
 Rintelensi, eoquod in famoso Casselen-
 si colloquio, ubi de unione Calvinista-
 rum cum Lutheranis agebatur, dispu-
 tans, nominis sui memoriam multis
 commendatam, & non paucis exosam
 reddidisset: Habebatur ergo anno
 Christi millesimo sexcentesimo sexage-
 simo primo die prima Julii & sequenti-
 bus auctoritate & mandato Guilielmi
 Hassiæ

Acta Coll. Cass. Heidegg. manud. in viam conc. Protest. Epist. Rintel. Facult. Eccl. Chemnit. defens. Diest. Diss. de lite Eccl. ac. Rel. Ev.

Sæc. XVII. Hassiæ Landgravii Castellis colloquium,
 A. C. 1674 ut tandem inter Lutheranos & Calvi-
 nistas reconciliatio, ac doctrinæ con-
 cordia stabiliri posset: Ubi tamen Pa-
 radoxum videtur, quod una ex parte
 circa litem Sacramentariam, Prædesti-
 nationem, decretum particulare, gra-
 tiam inamissibilem, & irresistibilem, a-
 liaque dogmata, in quibus Calvinistæ
 a Lutheranis discrepant, jam tempore
 Lutheri, omnipotentis hujus fidei ar-
 bitri, Marpurgi, Wittenbergæ, Ratis-
 bonæ, ac postea Heidebergæ, Mul-
 brunæ, Mompelgardi, Lipsiæ & alibi
 tam operosa colloquia, irenicæ con-
 sultationes, & disputationes habite
 fuerint, & Duræus, pluresque alii ma-
 ximis sumptibus & improbo labore cir-
 cuierint mare & aridam, ut Luthera-
 nos facerent profelytos, aut ex utraque
 secta unam fabricarent: ex altera vero
 parte audacter asserant, quod diverse
 sibi que recta oppositæ doctrinæ v. g.
 de Prædestinatione &c. exigui sint mo-
 menti, earumque cognitio & fides ad
 salutem non sit necessaria, atque error
 Lutheranorum circa prædestinationem
 non nisi *error stipularis* sit, nec tollat
 concordiam in principiis & articulis
 fidei fundamentalibus &c. *Et si quid in
 ejusmodi articulis erretur, id tam Chri-
 stiane sit tolerandum inter fratres, quam
 miseri-*

miseri- corditer condonatum iri a Deo confi- dere debeamus &c. Si ergo de re pene adiophora, & doctrinæ stipula agitur, tunc immerito Bernæ, Tiguri & Genevæ oppositis fidei formulis subscribi, & desuper jurari imperatum est: ergo sunt superflua, aut fors duntaxat ad ostentandam disputantium doctrinam instituta fuere tot colloquia, totque consilia Henotica: nequiter etiam Genevensis Magistratus suis Pastoribus interminatis etiam pœnis præscripsit, ut *credant, profiteantur, ac doceant, systema universalis gratiæ non mediocriter remotum esse a sana doctrina in S. Scripturis revelata,* non minus ludicre Prædicantes magis quam antea exacerbati post quodvis ejusmodi colloquium exhibitamque umbratilem unionis scœnam mutuis convitiis, & hæresum imputationibus sese prosciderunt; hic enim omnium ejusmodi colloquiorum successus hucusque fuit, & si quæ unio ad tempus inter paucos facta est, tunc diviserunt sibi atque acceperunt vestimenta Christi, & fecerunt quatuor partes, unicuique partem, cum tamen inconsutilis Christi tunica, seu vera fides ita in partes scindi nequeat: Ast hi quidem hæc fecerunt; cum tamen Catholici in suis, etiam circa gratiam controversiis, concordiam cum di-

spen-

Sæc. XVII.
A. C. 1674.

W. H. H. H.
Sæc. XVII.
p. 114.

Sæc. XVII. spendio fidei nunquam redemerint, sed
 A. C. 1674. Theologicæ disputationi imposito silen-
 tio finem fecerint, servato fidei & char-
 itatis vinculo. Ut vero dissensio in-
 ter Calvinistas & Lutheranos saltem in
 Landgravii ditione tolleretur, seligeban-
 tur ex parte Lutheranorum Rintelen-
 sium Petrus Musæus utpote apud suos
*Theologus accuratissimus, Philosophus acu-
 tissimus, Disputator subtilissimus, Orator
 disertissimus, & Polyhistor scientissimus*
 & Joannes Hennichuis, qui cunctos e-
 ruditionis numeros possidebat. Ex parte
 Calvinistarum comparuere Sebastianus
 Curtius & Joannes Heinius. In hu-
 jus colloquii exordio §. 1. legitur tristes
 lamentatio, quod illi, qui Religionis
FUNDAMENTO alias unanimes, & in
 vera & salvifica fide concordantes sunt, nulla
 justa de causa, contumeliosè quandoque &
 convitiis in propria velut viscera
 sæviant, hujus autem colloquii scopus
 in eo figitur, ut dispiciatur, an hæc con-
 troversie concernerent fundamentum fidei.
 Inanis sollicitudo pro illis, qui jam
 dudum in fundamento fidei unanimes e-
 rant, qui jam antea inter se pacisceban-
 tur, quod se invicem pro ejusdem vere
 Christi Ecclesiæ membris, veræque
 salvificæ in Christum fidei consortibus
 agnoscere velint. Igitur primo egerunt
 de ipsorum Cæna, in qua Calviniani
 dur-

*Weisman.
 Hist. Eccl.
 Sæc. XVII.
 p. 1142.*

duntaxat spiritualem manducationem requirebant, quam etiam Lutherani ex complacendi studio ad salutem omnino necessariam esse admiserunt. Obiciebant Calvinistæ Lutheranis, quod fractionem panis, quæ tamen ex Christi præcepto, exemplo, & vi significationis necessaria esset, omitterent, Lutherani autem hunc ritum quidem esse utilem ac pium agnovere, adeoque illum in Ecclesiis, ubi nondum obtinuit, introduci posse, necessarium tamen esse negarunt: vicissim igitur Calviniani cesserunt, statuentes, hanc fractionem non pertinere ad essentiam Sacramenti, proin Lutherani etiam sine fractione habere essentiam Cænæ, & sic mutuo tolerandos esse. Ecce, quam belle invicem fricent, & quam facile, quia quatuor hisce Evangelistis ita libuit, in præcepto Christi dispensarint? Absit autem, ut Ecclesia Romana potestatem habeat Præceptum communionis sub utraque specie declarandi: Circa quæstionem, *an Corpus Christi in usu Sacramentali unacum pane comesto in ore unius cujusque tam fidelis quam infidelis adiasátos præsens sistatur:* Lutherani affirmativam, Calvinistæ negativam propugnarunt, huic tamen Herculeo nodo mox cuneum invenere, declarantes, hanc controversiam ipsam

Sæc. XVII. ipsum salutis fundamentum non ever-
 A.C. 1674. tere: Ubi vero de Prædestinatione,
 gratia, & libero arbitrio egerunt, in
 hoc quidem conveniebant, quod post
 hominis lapsum nullæ sint, nec reman-
 serint vires ad bonum spirituale, to-
 tumque salutis negotium a divina vo-
 luntate dependeat: an autem Deus
 omnes salvare velit, an homo gratiæ
 conversionis resistere possit, an præde-
 stinatio secundum præscientiam perle-
 verantis fidei, & impœnitentia secun-
 dum præscientiam finalis impœniten-
 tiæ facta sit, an Christus pro omnibus
 sit mortuus, an justus gratia excidere
 possit, circa has quæstiones inter hosce
 collocutores concordia iniri non pote-
 rat: quid ergo consilii? in promptu re-
 medium erat, *visum est nobis, contro-*
versias istas non ita comparatas esse, ut
dissensum in fundamento fidei inducant;
 sufficit enim, quod tam Calvinistæ,
 quam Lutherani a Pelagii & semipe-
 lagianorum erroribus alieni sint. Quid
 autem hi hæretici docuerint, & pro-
 pter quosnam errores ab Ecclesia dam-
 nati fuerint, strenui hi Athletæ plane
 ignorasse videntur. Quod attinebat
 articulos de Persona Christi, & com-
 municatione idiomatum feliciter inter
 se conspirarunt, Calvinistæ tamen a
 Lutheranis in hoc discrepabant, quod
 cre-

Sæc. XVII.
A.C. 1674.

crederent, sufficere prædicationem idiomatum de tota Persona in concreto, nec ulla idiomata divina in abstracto de natura humana prædicari posse, & divinam naturam ad opera omnipotentiae per omnipotentiam, & humanam per potentiam finitam: occurrebant etiam inveteratae controversiae de infantum Baptismo, ubi Lutherani aperte fassi sunt, se nescire, quid credere debeant, an infans sine baptismo & forte ex culpa parentum decedens, salvetur, in casu tamen necessitatis a laico (perinde ac si Prædicantes non itidem mere laici essent) Baptismus administrari possit: Calvinistæ autem cuncta ista negarunt: Ad concilianda tamen cuncta hæc dogmatum dissidia quid aptius erat, quam ut declararent, ejusmodi quæstiones in controversia adhuc positas tanti ponderis non esse, ut qui vel affirmantem vel negantem sententiam adstruat, fundamentum fidei, & salutis evertere diceretur, interim tamen Prædicantes hæc controversias pro concione non tractent, & in Scholis & Academiis magna cum moderatione agitent, rogetur etiam Hassiæ Landgravius, ut Divinum hoc (forte etiam cultu patriæ adorandum) pacis Ecclesiasticæ negotium inter illos ceptum fovere & promovere dignetur, ut viciniore Academiæ & Ecclesiæ.

Hist. Eccles. Tom. LXIII. Aaa sic,

Sæc. XVII. sic, imprimis Brandenburgicæ & Brunsvi-
A. C. 1674. censes in ejus societatem pertrahantur. Ex-

Vid. Elect.
Brandeb.
leges ord. in
tomo hoc
S. I. p. 2.

pedita sane omnes sectas conciliandi ratio, qua Protestantes, fidei & salutis fundamento, quod juxta Brandenburgicos, est firmiter sperare per misericordiam Dei propter merita Christi salutem, non everso Donatistas, Novatianos, omnesque ferme hæreticos firmiter propter Christi merita salutem sperantes pro fratribus, atque ejusdem vere Ecclesiæ membris, ac salvificæ in Christum fidei consortibus agnoscere possunt. Si autem per reliquas controversias hoc fidei fundamentum non tollitur, cui sese a Romana Ecclesia segregarunt? Si autem ob fundamentales in fide errores se ab ea separarunt, qua conscientia Prædicantes, & præcipue Brunsvicenses Elisabethæ Imperatricis aliisque Principibus A catholicis declarare poterant, quod etiam in fide Romano-Catholica salus æterna obtinere valeat? Huic igitur colloquio tandem die nona ejusdem Mensis finem imponere, non alio illius successu, quam qui prioribus omnibus ejusmodi colloquiis semper respondit, nimirum continuata dissensione, & majore animorum exacerbatione; quamprimum enim Petrus Musæus, ejusque socius colloquia acta exposuerant, brevique rei gestæ

relatione præmissa, factæ unionis ca-
 pita a ceteris Prædicantibus Luthera-
 nis acceptari suadebant, mox Witten-
 bergenses Theologi edito libro, cui
 titulus: *Epicrisis in hocce concordiæ*
 fabros vehementissime insurrexerunt,
 hancque unionem, *religionum confusio-*
nem, dammandum & infaustissimo fato di-
vulgatum syncretismum, falsam, fucatam-
que Concordiam Ariminianam, Tandem
seu prostitutam meretricem &c. appellita-
 runt, Lutheranis exprobrantes, quod
 sua indulgentia ad scindendam Christi
 Corpus mysticum ansam dederint; ve-
 ram & in Verbo Dei fundatam Ecclesiæ
 unitatem Augustanæ Confessionis labe-
 factarint, *Divinarum veritatum hostibus*
tripudiandi materiam, & rudibus scanda-
lum dederint, ceterisque Ecclesiis grave
præjudicium, & denique innumera aliã
mala intulerint. Enimvero Lutherani
 Rintelenses Epistola Apologetica suam
 agendi rationem vindicare nitebantur;
 variæ tamen Facultates Theologicæ
 tam in - quam extra Germaniam, nec-
 non Præconum Collegia & Ministeria
 Casselanam unionem, quam cum Cal-
 vinistis *insuperhabita dissensione in eorum*
dogmatibus inire præsumperant, reje-
cerunt, ac damnarunt, inde ergo ma-
gis stimulati Wittenbergenses necessaricè
Rintelensium declarationi novam Apolo-
 giam

Sæc. XVII.
 A. C. 1674.
 Vid. supra
 l. 206. hoc
 tomo S. 49.
 p. 602. &
 603.
 Præfat. I.
 p. II. & 12.



Sæc. XVII. A. C. 1674. giam opposuerunt, ac certatim omnium fere Academiarum & Collegiorum Theologi etiam Lutherani infestatos hosce Athletas acriter infestati sunt, atque inter ceteros die vigesima septima Novembris Lipsiensis, Wittenbergensis, & Jenensis Facultatis Theologi ad Rintelenses hanc dederunt epistolam: „Non sine cordolio ingenti, „quod Rintelensis Facultas post habitum Kalendis Julii superioris anni cum „reformatis sic dictis Colloquium Callanum, suæ quidem sententiæ in dogmatibus tenax, nihilominus in Elementis & damnationis adversus reformatos coram plebe intermissionem, & ternam charitatem cum iis, qui sentiunt in fundamento, deinceps condam consenserint, percepimus. Immo mos multos super hac pactione scandalum passos, de certitudine Religionis nostræ dubitare, Antagonistis cristas erigere, de subigendis penitus orthodoxis consilia inire, multos retiunculis aliis, præsertim lucellis hujus mundi momentaneis dignitatibus, honoribus allectos, vera Lutherana religione divortium meditari, ad hoc exemplum alios se conformare, fimbrias Ecclesiæ Lutheranae contrahi, fidei consanguineos alios durissima quæque propterea pu-

„& tantum non ad incitas redigi, ec- Sæc. XVII.
 „quis angulus Germaniæ est, quem A. C. 1674.
 „prætereat? quare cum veritas ortho-
 „doxa, intermisso Elencho nominali,
 „præsertim coram Christianis simplici-
 „ribus, quibus etiam probatio spiri-
 „tuum demandata, & salus æterna
 „destinata est, facta tecta conservari
 „nequeat, errores Antagonistarum fun-
 „damentum salutis evertant, scriptura
 „ᾠδὸς ἑλεγχον data sit, officium ἐλεγκτικόν
 „Doctoribus Ecclesiæ demandatum &
 „exemplis Christi & Apostolorum com-
 „mendatum sit, periculum seductionis
 „multis animarum millibus præsentif-
 „simum immineat, apud vestras P. Re-
 „verendas, Excellentias, & Claritates,
 „dent Deo gloriam, Ecclesiæ Luthe-
 „ranæ afflictissimæ velificentur, & cum
 „dubio procul, vi metusve causa hu-
 „mani quid passi tunc fuerint, exem-
 „plo aliorum Ecclesiæ doctorum lapsum
 „agnoscant, in viam redeant, seque
 „vel retractione vel declaratione in pu-
 „blicum emissa Τετραγώνως Ecclesiæ pro-
 „bent, etiam atque etiam fraterne
 „contendimus. „

Diu multis ultro citroque alterca-
 tionibus, editisque scriptis oppido vi-
 rulentis pugnatum est, tandem vero
 Petrus Musæus ad Calixti castra pro-
 fugus vela nonnihil sinuavit, vulgato-
 que

Sæc. XVII. que libro de suo syncretismo ita lu-
 A. C. 1674. brice mentem suam explicavit, ut aliam
 Calvinistarum in Hassia, aliam Calvi-
 nistarum in aliis Ecclesiis fidem esse
 assereret, atque hujus effugii ope ac
 latebra invidiæ, cujus moli ferendæ
 impar erat, sese subtrahere potius,
 quam aperte Palinodiam canere cona-
 tus sit, ceteris Lutheranis confratres
 affirmantibus, quod Calviniana Eccle-
 sia fundamentalibus erroribus scateat.

Hæc de Casselensi colloquio addu-
 ximus occasione Petri Musæi, qui in
 hac dogmatum nundinatione potissimus
 partes habuit: Scripsit etiam tractatum
 de Persona Christi, introductionem in
 Theologiam, dissertationem contra
 Herbertum de Cherubury, orationem
 contra Atheos, & libellum de æterna
 beatitudine & damnatione.

§. CIV.

*Alii Scriptores Heterodoxi hoc anno
 defuncti, eorumque opera.*

Præter hunc insuper hoc anno plures
 alii Scriptores A catholici deceffe-
 runt, ac I. Enochius Schwatenius,
 qui Augustanam confessionem expulit,
 & Apolitrosin Jesu Christi, aphorismos
 ex verbis Christi, aliaque scripta.
 II. Joannes Bosius edidit introduc-
 tionem in notitiam Scriptorum Ecclesie
 stir.

Witte Diar.
 Freher.
 Theatr. E-
 vad.

sticorum, & Isagogen in prudentiam, Sæc. XVII,
 III. Michael Ragerus vulgavit exegetin A. C. 1674.
 in epistolas D. Pauli ad Romanos, ad
 Galatas, Ephesios, Colossenses, Phi-
 lippenses, & Theffalonicenses, IV. Joan-
 nes Botlaccus posteris reliquit Prom-
 ptuarium allegoriarum ex S. literis,
 tractatum de auctoritate S. Scripturæ,
 Breviarium Theologiæ, moralia Geda-
 nensia, Anabaptismum reprobatum,
 Anti-Crellium, reformatum Pseudo-
 Augustanum, & alia nonnulla. V.
 Henricus Heerwarth publici juris fecit
 disputationes, introductionem ad le-
 ctionem Biblicam, scrutinium Philo-
 logicum præter alia. VI. Thomas Ste-
 ger prælo subjecit Passionales Medita-
 tiones, scriptum Parisiensium contra
 novam jesuitarum hæresin de infalli-
 bilitate Pontificis, necnon decretum
 Curix Parlamenti, tractatum de nova
 hæresi, & Probabilitate, disputationem
 de ortu cultus reliquiarum in Papatu
 præter quosdam sermones. VII. Hen-
 ricus Lemchen edidit vindicationem
 librorum Apocryphorum V. & N. Te-
 stamenti, scholam Papistarum refor-
 matam, delineationem aliquot Viro-
 rum & Antidotum Melancoliæ. VIII.
 Jacobus Janeway Presbyterianus Præ-
 co scripsit memoriale Sanctorum, seu
 sententias aureas, cælum in terra, &
 Legata pro amicis.

Sæc. XVII.

A. C. 1674

*Synodi Monasteriensis decreta.**Witte Hist.
Leopold. l. 4.*

Tandem post infaustum belli successum Christophorus Bernardus de Gallen Monasteriensis Episcopus unicum Angliæ Rege & Colonienſi Electore Gallico fœderi nuntium miserat, qui tamen propterea a domesticis subditorum inſidiis satis tutus eſſet; quippe Kettenius Senatoris cujusdam Monasteriensis Filius Rhingravium Urbis Governatorem, aliosque promiſſis eo induxerat, ut injectis Episcopo vinculis constituta die urbem fœderatis tradere molirentur: tempeſtively autem hac conjuratione detecta Episcopus Kettenium capite plectij juſſit, ac demum invitatus licet, pacem cum Batavis iniit, adeo, ut civitates antea occupatas urbes hoſti reddere coactus, ex tam onerofa bello præter bellandi voluptatem nullum aliud laurum reportaret: glorioſius autem hoc item anno die decima ſexta Octobris Synodum celebravit, in qua præter alia nonnulla decreta pro Scholis erigendis, ſalario Ludimagiſtris conſtituendo, puerisque a puellis interjecto pariete ſeparandis ſalubria condidit ſtatuta. Inculcavit etiam ſerio, ut ſæpius catecheſes haberentur, cum autem ibidem explicata a ſingulis non ſatis bene intelligi comperiſſet, præcepit, ut pueri & puellæ in Scholis prævie, ac diligenter intruerentur.

INDEX